Amice non facio tibi iniuriam. Neque si opes nobis neget, neque si honores, facere nobis Deum iniuriam. 3. 1. 1. & 3. 6. 1. seq. In Deo iustitiam esse. 1. 5. 7. quotuplex, & qualis sit in Deo iustitia? 1. 5. 8. seqq. Non facere Deum iniuriam ijs, quos finit esse monstrosos. 2. 44. 2. seqq. Iudiciorum Dei iustitiam, vt aliorum mysteriorum articulos credendam. 1. 5. 13.

Tolle quod tuum est, & vade. Paupertas voluntaria est pacis mater. 3. 11. 8. Qui potest suo contentus esse, quàm sit beatus, & quâ Reip. proficit? 3. 3. 2. seqq.

Volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi? Non esse Deum iniquum, si erga quosdam sit peculiariter misericors & liberalis, per gratiam vberiore, quam non dat alijs. 1. 43. 1. seqq.

Aut non licet mihi, quod volo, facere? Cur homini libertas arbitrij à Conditore data? 1. 11. 2. A nullo fato libertatem hominis tolli, & quanta impietate libertas arbitrij tollatur? 1. 27. 2. seqq.

An oculus tuus nequam est quia ego bonus sum? Quàm malè quidam bonitate Dei scandalizentur? 1. Ab hominum nequitia Mundum & Mundi Conditorem accusari. 2. 2. 11. Inuidia auarum plectens. 3. 7. 4.

Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Quo modo homines exaltentur, & superbi humilientur? 3. 36. 1. seq. & 3. 39. 7. seq. & 4. 2. 4. item 4. 22. 4. ac 4. 55. 4.

Muli sunt vocati, pauci electi.
Quàm

Quàm diuersis modis homines à Deo vocentur? vt per caluitiem. 2. 53. 3. Mirabilis vocatio Philosophi. 1. 21. 15. S. Pauli vocatio. 1. 14. 1. seq. Vocatio S. Basilij per Euangelium. 1. 34. 5.

Dominica in Sexagesima. Luc. 8. *Cum turbaturima conueniret.* De conuentibus sacris Eremitarum. 1. 16. 3. seq. & 1. 18. 3. seq.

Et de ciuitatibus properarent ad IESVM. Non differendum esse, quādo veniendum ad Iesum, sed properandum, more Angelorum, quorum celeritas fulmini comparatur. 2. 4. 14. Item de inepta celeritate quorundam. 2. 17. 1.

Exijt, qui seminat seminare semen suum. De bonis & malis seminatoribus pacis, vel discordiarum, paupertate scilicet, & diuitijs. 3. 11. 8.

Aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres comederunt illud. Qui non in viam, sed secus viam exli cadant, seu in vijs errent, & periclitentur? 1. 23. 4. Via dusem repudiantes dignos esse vt in via errent. 4. 55. 5. Diuersæ viæ Dei & diaboli. 4. 61. 1. Qui calcati & contemti per exempla sacra. 3. 30. 3. Item per exempla profana ostensam. 3. 30. 4. Malos foetos esse malas volucres, quæ bonum lemen auferunt. 1. 34. 11.

Aliud cecidit supra petram. Qui duri sint ad vocationem? Diuitias esse occasionem damnationis, quia faciunt duros & immiseriordes. 3. 8. 7. Et si enim diuitiæ sint beneficium Dei, tamen ob humanam excitatem, fundi causa exitij. 3. 8. 6. Cùm interea amor

paupertatis, sit fons liberalitatis. 3. 11. 6. seq. Indurati, quàm difficiles sint ad poenitentiam? 1. 42. 4.

Et natum aruit, quia non habes humorem. Quàm indigeamus gratia Dei nos irrigantis.

Aliud cecidit super spinas. De conscientie stimulis. De misera felicitate diuitiarum. 1. 32. 3. seqq. An spinæ fuerint ante hominis peccatum? 2. 13. 5. Quantæ sint spinæ, curæ, labores in diuitijs acquirendis? 3. 4. 3. cur diuitiæ spinis, cur laqueis comparentur? 3. 7. 7. seq. aureum torquem putans, laqueum accipit à diabolo. 3. 8. 5.

Aliud cecidit in terram bonam. Bonam terram à bonis factam meliorem, malam à malis malam. 2. 16. 8. & 2. 17. 3. seqq. Iustus tanquam terræ bonæ vbertatem esse promissam, quæ impijs negatur. 2. 16. 8. seq.

Et ortum fecit fructum centuplū. Non esse hominem natura malum, vt Manichæi docuerunt, sed à S. Spiritu irrigatum, fructum bonum facere. 1. 18. 7. De fructu matrimoniorum. 2. 45. 1. seqq. & 2. 46. 1. seqq. De fructuum incunda varietate. 2. 12. 7.

Hæc dicens clamabat. Qui habes aures audiendi, audiat. Immiseriordes non habent aures audiendi, nec ipsi audiuntur. 3. 52. 14.

Vobis datum est, nosse mysterium regni Dei. Cognoscere mysteria Dei quàm pulchrum? 1. 6. 1.

Vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Quo modo

aliqui exerceantur, & indurentur à Deo 4. 55. 4. seqq. Sapientes mundi à Deo contemti. 1. 21. 5.

Venit Diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salvi fiant. De diaboli fraudibus, & damnis, & mira seductione iuuenis. 4. 61. 2. De tentatione dæmonis contra fidem, mirum exemplum. 4. 62. 4.

Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. De male fundatis Politicis, qui fidem pro quavis occasione mutant, ac præcipuè propter opes. 3. 5. 16. & inter aulicos. 3. 54. 4.

Quod autem in spinas cecidit, hi sunt, qui audierunt, & à sollicitudinibus & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum. Diuitiarum vanitas, infatigabilitas, sitis. 3. 5. 5. seqq. Diuitias esse similes spinis, quia conscientiam vulnerant, dum per scelera & malas artes acquiruntur. 3. 4. 4. seq. quia multorum criminum causa pungunt. 3. 5. 4. Diuitiarum malus fructus, cura & sollicitudo in diuitijs conseruandis 3. 4. 6. seqq. & dolor ac luctus ex diuitiarum amissione. 3. 4. 10. seq. pericula & damna diuitiarum. 3. 5. 2. seqq. Voluptatum fructus, pænæ graues. 2. 33. 5. seqq. & 2. 34. 3. seqq.

Fructum afferunt in patientia. De ijs, qui in morborum patientia fructum attulerunt. 1. 32. 12. seqq. Impatientia omnes casus fieri truculentiores. 1. 33. 7. Etiam si innocentes vindictam non petant, non tamen manere impunitos nocentes. 1. 40. 10. seqq. contra eos,

quos, bestix faciunt impatientes. 2. 15. 1. & 2. 15. 2.

Dominica in Quinquagesima. Luc. 18. *Assumpsit IESVS duodecim discipulos suos.*

Christus assumpsit in montem Thabor Apostolos, eos postea assumpturus in montem Oliveti, vt esset eis patientiæ exemplum. 1. 40. 7. Christus duodecim Apostolos tanquam duodecim Patriarchas assumpsit. 4. 49. 1.

Ecce ascendimus Ierosolymam. Christus cum discipulis de tristitia huius mundi in cæli gaudia ascendit: mundus & nuptias, & Bacchanalia celebrans, à gaudijs ineipit, ad magnas tristitias descendit, quod duobus exemplis declaratur. 4. 52. 11. seqq.

Et consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Alia fuerunt Prophetarum, quàm calendariorum nostrorum vaticinia. 1. 27. 6.

Tradetur enim gentibus. Nunc traditur ebriosi Christum, qui ei variè illudunt, cum Bacchanalia celebrant, quorum aliquis in filio monstrifico punitus. 2. 54. 8.

Et illudetur. De despectibus perferendis exemplo patientiæ Dei. 2. 4. 2. seqq. Illusiones bonas atque vtilis esse. 2. 2. 7. Iudæi Christum illudentes vicissim ludibrium facti. 3. 53. 8. Bacchanalia celebrantes & Christum illudentes miserabili exitu. 4. 52. 10.

Et flagellabitur. Flagella & cruces visu horridas, & malas sensu, in recessu bonas. 2. 2. 7. A Deo, per morbum, flagellabitur.

Flagellatos Christum patientem debere ante oculos ponere exemplo Lesij. 4. 29. 4. seqq.

Et conspuitur. De iniurijs, quas Christus immensa humilitate pertulit. 3. 40. 7. Sputum in formicas iactū quid efficiat? 3. 47. 1.

Occidit eum. Quidam eum occidunt, dum se occidunt gulā & ebrietate, ē qua multa mala oriri ē veteris & nouæ legis exemplis ostenditur. 4. 5. 3. seq. & 4. 8. 1. seqq. Gula quæ hoc tempore maximè regnat, primos parentes occidit. 4. 8. 3. nocuit etiam grauius Religiosis. 4. 8. 8.

Et die tertia resurget. Resurrectio arboribus significata. 2. 52. 10. Resurrectio omnia in iustis reparabit. 2. 63. 10. An etiam feminæ sint resurrecturæ? 2. 63. 12. seqq.

Et ipsi nihil horum intellexerunt. De ignorantia celebrantium Bacchanalia quorum imitatio stultum facit. 2. 65. 5. Laruatos non agnosci, sicut Silenos, neque intelligi donec aperiantur. 2. 2. 5. seq. De laruatorum, quos nemo intelligit, monstrosa facie. 2. 53. 8. & de monstrosa adulteræ facie. 2. 53. 7. seqq. Ignorantem causarū, admirationis causam esse. 4. 14. 1. seq.

Cum appropinquaret Iericho. Christum non esse ubique secundum humanam naturam, sed secundum diuinam. 1. 5. 2. & 1. 7. 7. seqq. In Iericho Zachæus statura pusillus erat Quibus in locis diuersi coloris, magnitudinis, & pusilli homines nascantur? 2. 51. 1. seq.

Cæcus quidam sedebat secus viam. De cæcitate miseria quanta sit? 1. 7. 1. maiorem autem esse miseriam in animi

cæcitate. 1. 7. 2. seqq. & 4. 28. 2. Cæcitate vtilitas ab Antimaro agnita, atq; amata. 1. 32. 13. Quam & alij cum Pigmeo possint habere cæcitate suæ consolationem? 1. 32. 14. Bacchantes cæcos esse & cerebro corruptis similes, de quibus lepida exempla. 2. 56. 5. cæcorū mirifica ingenia. 2. 62. 12.

Mendicans. De paupertatis calamitate magno animo ferenda. 1. 32. 9. seq. Quam longè melior sit conditio pauperum condicione diuitum. 1. 16. 9. seqq. De pereuntibus per saturitatem. ibid. §. 8. & §. 14.

Interrogabant, quid hoc esset? Diuersa Dei, & hominum, in conuiujs, transtrandi ratio. 1. 16. 1. seqq. Quam vtilis sint oculorum morbi? exemplo S. Seuerini, eum & iste cæcus de Christo interrogare sit adactus per cæcitatē. 4. 28. 2.

IESV fili David, miserere mei. Ob corporis defectū non esse conquirendum, sed ad Deum clamandum. 2. 49. 9. Credibile est hunc cæcum, cum oculis non posset, manus ad Christum sustulisse, quia & alijs oculorum cæcitas, est manuum dexteritate compensata. 2. 62. 10.

Quid tibi vis faciam? Idem Bacchanalia celebrantes, sed malo euentu, dicunt. Hinc laruatus maritus, diabolo similem filium fecit. 2. 51. 10.

Domine vt videam. Quanta sit tenebrarum miseria? 2. 5. 14. seqq. Oculorum sensus alioqui animi sensum impedit; sed in hoc promouit, firmiter enim postea in Christum credidit. 2. 62. 11. S. Autbertus visu recepto, rursus cæcitatē precibus impetrauit. 4. 28. 3.

Iuste excæcari eos, qui lumen non petunt, sed à se repellunt. 4. 55. 4. Quanti sit facienda pœna Spiritualis excæcatis. 4. 55. 3.

Respice, fides tua te saluum fecit. Fidei lumine destitutos facile in impuralabi, vt magis excæcentur. 2. 33. 2. Atheismum, & heresim esse ianuam ad alteriorum. 2. 33. 3. ficut & ebrietas est ad alteriorum mater, per quæ ad hereticam excitatè venitur. 2. 33. 5. Fides contra morbos remedium. 4. 40. 2. seqq.

Et confestim vidit. Vidit oculo lumen, animo Christum, quod fidei lumen, significatur etiam per lumina, quæ mortuis accenduntur. 4. 66. 5.

Et sequebatur illum magnificans Deum. Deo pro beneficijs gratias agendas Cæcitatem & Tobia causam fuisse, vt Deus magnificaretur. 4. 38. 6.

Et omnis plebs vs vidit, laudè dedit Deo. Plebs videns eum, qui adhuc Bacchanalia celebrans cineres sacros ridebat cineribus prodigiosè punirum, dedit Deo laudem, eosdem, in die cinerum sumens deuotè. 3. 52. 8. Cæcum subinde, non ob peccata, sed ad potentiam Christi ostendendam. fieri. 4. 26. 2. seqq.

Dominica prima Quadragesima Matth. 4. *Ductus est IESVS in desertum à spiritu,* De eremitarum vita in deserto. 1. 16. 3. seq. & 1. 18. 3.

Vt tentaretur, Quomodo Christus tentatus sit, & quid inde meruerit? & quo modo Deus tentationes permittere possit? 4. 54. 1.

Vt tentaretur à diabolo. De tenta-

tionibus diaboli, qui non sine causa ventur tentator. Quam noxia sit securitas putantium, se à tentatione securos? 1. 18. 6. Cur Deus homines tentari permittat? 4. 53. 1. seq. Quam vtiliter pij tententur? 4. 53. 6. Tentatione homines doctiores, meliores, excitatores, & exercitatiores fieri. 4. 53. 7. seq.

Cum ieiunasset quadraginta diebus. De ieiunio, & abstinentia, seu præmissis, & pœnis ieiunantium, vel non ieiunantium. 1. 16. 4. seqq. Vnde non famescere, proueniat? 4. 4. 2. portentosarum inedarum incertæ causæ. 4. 4. 3. Sanctorum stupenda inedia, sola SS. Eucharistia pastorum. 4. 4. 5. & à natura quædam mira ciborū abstinentia. 4. 4. 6. Quadragesimalis ieiunij violatores grauiter puniti. 4. 24. 4. seq.

Postea esuriit. De fame? Vnde, quid sit, & ad quid homines adigat? 4. 3. 1. seqq. nempe ad humanas carnes edendas, ad deditiōem vrbium, ad omnia scelera. 4. 3. 2. seqq. De fame Eriichthonia. 4. 3. 5. Famem esse bonam. 4. 4. 1. Sine fame nemo pro cibis laboraret. 4. 4. 7. Fames ad multa prodest. 4. 7. 8. seqq.

Et accedens tentator. Quibus modis dæmon apparere soleat? 2. 58. 7. seqq. apprens cogitur se aliquo signo prode- re. 2. 58. 9. Contra magnas tentatoris vires maiores adesse Dei vires. 4. 53. 4. De tribus classibus tentatorum. 4. 52. 6. Theodoræ quoque tentationes, quam multæ, variz & grates fuerint? 4. 59. 5. eiusdem scemina, in tentationibus superandis virtus imitanda. 4. 59. 8. De tentationibus varijs morientium. 4. 60. 4. seqq. De tentationibus S. Antonij & Gregorij. 2. 58. 3.

Die

Die ut lapides isti panes fiant, Sic Serpens primum etiã hominem aggressus, vt de arbore scientiæ boni & mali comederet, quantũ per pomi esum illi nocuerit. 2. 13. 3. seqq. Deus probandi, & libertatis arbitrij ostendendi causa finit homines tentari. 4. 54. 2. Homines tentatione, sicut vasa in igne probantur. 4. 54. 5.

Non in solo pane viuit homo, Sicut gladio ingulatus diabolus, vt Holofernes. 3. 51. 5. & alius. 3. 52. 2. Fames de celo prodigiosè suscursum. 4. 6. 5. Fames quantæ rei sit occasio? 4. 6. 6. Ieiunium contra morbos vtiliter adhiberi, adeoq; non in solo pane hominem viuere. 4. 40. 9. Dei voluntas & potentia in succurrendo tentatis. 4. 53. 3. Dei sapientia & bonitas nobis in tentatione non permittentis noceri. 4. 53. 5. Diabolus ieiunio vincitur. 1. 16. 8.

Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, De potestate demonis, & miris translationibus conjugum, siue per bonos, siue per malos Angelos factis. 2. 28. 1. seqq. Diabolus etiam sanctos assumptos, sicut Christum vexit, per aërem. 2. 28. 1.

Si Filius Dei es Non fuisse ab Angelis naturaliter recognitum, Christum esse naturalem Dei Filium, nec alia gratiæ mysteria. 1. 5. 2.

Mitte te deorsum. De diabolo desperationem suadente vt se clericus precipitaret. 2. 9. 9. De temeraria innocentia probandæ consuetudine, quæ passim inualuit. 2. 8. 9. seqq.

Angelis suis mandauit de te. De Angelorum custodia, Mandatum in Deo,

per Angelorum ministeria administrari. 1. 5. 2. & 1. 9. 7. Tentatio morientium contra spem ratione præsumtionis. 4. 60. 8.

Non tentabis Dominum Deum tuum, De Deo non tentando. 1. 14. 5. Sed hominum tentatio, est probatio. 4. 57. 3. Malos sua malitia & arbitrio tentationi succumbere. 4. 54. 6.

Et ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum. De diuitiarũ, periculis, contemptu, amissione spontanea. 1. 32. 7. seqq. regna mundi gloriam, diuitiæ superbiam pariunt. 3. 5. 3. Tentationum causa diuitiæ Mundi. 3. 5. 3.

Hæc omnia dabo tibi. Falsis promissionibus non credendum, & de vanitate diuitiarum. 3. 5. 5. seqq.

Si cadens adoraueris me. De impietate diabolũ adorantium, per idololatriam magorum. 3. 63. 4. seqq. per superstitiones. 4. 42. 2. seqq. Diabolum, qui vult se adorari, esse magistrum ambitiosorum. 3. 21. 3. Eisdem esse plerumq; Fatorum & Fortunæ adoratores. 1. 27. 1. seqq. Diuitias esse causam multorum criminum. 3. 5. 4. Quantus sit diuinitatis æmulator diabolus. 3. 63. 6. Etiam eecidisse, multis prodest. 4. 53. 9.

Dominũ Deum tuum adorabis, & illi soli seruias, Quod non faciunt auari qui pecunias Deo ante ponunt, & aurum pro Numine adorant? 3. 5. 16. seqq.

Tunc reliquit eum diabolus, Cur in tentationibus gaudendum, & tamen orandum, ne inducamur in tentationem? 4. 54. 3. seqq.

Et ecce Angeli accesserunt, & ministraverunt ei.

mistrabant ei. Angelos non solum custodire hominem (excepto Christo, qui custodé non habuit) sed etiam ministros agere eius, & panem ferre. 1. 16. 7. & fructus alios ab Angelis suppeditari Eremitis. 1. 18. 2. seqq.

Dominica II. Quadragesimæ.

Matth. 17. *Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Iohannem.* Quosdam peculiariter diligi à Deo, & ad arcana assumi ut Apostolos assumpsit Christus nunc quidem in montem Thabor, postea autem in montem Oliueti, ut esset eis patientiæ exemplum. 1. 40. 7.

Duxit illos in montem excelsum seorsum. Quos ad maiorem perfectionem ducat Deus? Cum monte, in quem Christus ductus est à Diabolo, comparari posset mons in quem ipse discipulos suos duxit dicto exemplo montium inter se concurrentium. 2. 47. 12. Diabolus miris præstigijs montem excitauit & nebulam. 3. 29. 7.

Et transfiguratus est ante eos. Voluit Christus discipulos suos mox Passione sua contristandos, hæc gloriæ lux ostensione honorare, quia honoribus labores, velut melle, condiuntur. 3. 23. 8.

Et resplenduit facies eius sicut sol. Quorumdam splendor mirus. Etiam in Ephod responsum dabat. 1. 36. 9. in gemma gratiam ostendit. 1. 36. 10. Lux Israelitarum inter Egypti tenebras quam admirabilis. 2. 5. 15. Lucis abusus. 2. 15. 11. & desiderium. 2. 11. 19. Christus sicut sol resplendens. 2. 47. 5.

Vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix, Alias vestes mundus

habet, nempe superbas fulmine illustratas. 2. 4. 13. Vestium mirabilis accensio. 2. 47. 7. De vestium luxu, qui monstro fuit punitus. 2. 54. 2. De vestium excessu. 2. 61. 8. Vestis alba Christi, hic gloriosa, ab Herode illi induta alia alba in contemptum, hunc enim vestes faciunt. 3. 1. 3.

Apparuerunt illis Moyses & Elia loquentes cum illo. Moysis & Elia aliorumq; prophetarum sancta paupertas, merita, ut cum Christo loquerentur, sicut olim sapius cum Deo. 3. 14. 2. De Elia & eius nutritoribus ac cibo. 2. 14. 2. & 1. 9. 2. & 1. 16. 3. de eius zelo. 1. 37. 3. & 2. 4. 7. & 2. 5. 2. De Moyse cuius cornuta facies fuit figura Christi, hic sicut sol facie resplendentis. 2. 25. 5. Moyse in rubo ardente etiam olim apparuit Deus. 2. 3. 2.

Domine bonum est, nos hic esse, Quam bonum sit vel cælum contemplari? 2. 12. 4. Cæli præstantia considerata. 2. 20. 5. cælum homini semper aspiciendum. 1. 31. 16.

Faciamus hic tria tabernacula, Tabernacula in cælo aquis facta. 2. 6. 12. cælum ob misericordiam collatum. 1. 8. 7. & 3. 10. 4. seq. item. 1. 7. 6. & 1. 42. 17. seq.

Ecce nubes lucida obumbravit eos, Lucem ac fulgorem esse symbolum maiestatis. 2. 3. 4. Umbra S. Petri salutaris, cum fuerit, utiq; hæc quoq; lucida umbra fuit salutaris. 1. 12. 7. Umbra S. Isidori reueriti infideles, cur hanc Christi obumbrationem Apostoli reuerentur? 3. 26. 6. De umbra pedis, qui totum corpus protexit. 2. 62. 8.

Hic est Filius meus dilectus. Quancum

eum Deus Christum diligit, cui iudicium dedit. 1. 1. 9. seqq. sciens Christus se diligi à Patre, ad eius iudicium provocavit. 1. 37. 4. Ita dilectus est Christus à Patre, sicut fuit, ob paupertatem, à Iudæis spreus. 3. 1. 1.

Ipsam audite. Vocantem & mandantem Christum esse audiendum, qui miris modis & varijs vocat & mandat. 1. 25. 8. 9. seq. & 1. 2. 3. 2. seq. item 1. 14. seqq. quin & per sortes. 1. 34. 1. seq. & 1. 35. 9.

Ceciderunt in faciem suam. De reverentia Christo, & reb. sacris exhibenda, seu, quo cultu Christus sit honorandus? 3. 18. 2.

Et timuerunt valde. Iustitiam atq. religionem sine metu; metum sine Dei ira non custodiri. 2. 1. 3.

Et tetigit eos. De virtute tactus per reliquias Sanctorum. 4. 49. 7. seq.

Dixitq. eis: Surgite, & nolite timere. Fiducia in Deum quos erigit, quàm sit potens? 3. 13. 11. De timore Dei interiora videntis. 3. 32. 4. Timor Dei necessarius non tollitur à Christo, sed timor dumtaxat apparitionis factæ. 3. 59. 2. seqq.

Dominica III. Quadragesimæ, Luc. II. *Et erat Iesus eiciens demonium.* Homines quosdam à malis spiritibus in aëre insideri, 2. 59. 1. seq. quid sit à dæmone infessum esse? 2. 59. 3. Variæ causæ, ob quas diuina bonitas homines sine ab insidente humani generis hoste vexari. 2. 59. 7. Exempla eorum, qui in pœnam à Dæmone sunt infessû. 2. 59. 10. & quidem ob

leuiiores subinde culpas. 2. 59. 11. seq. Christi potentiam eluxisse ex eiectione potentissimis spiritibus. 4. 26. 9. seqq.

Et illud erat mutum. Præstat esse mutum, quàm maledicum. 2. 57. 14. Exempla eorum, quos infidens diabolus in monstra deformavit. 2. 59. 4. Quid sit tradere aliquem satanæ, aut excommunicare? 4. 24. 8. seqq.

Et cum eiecisset demonium, locutus est mutus. Quot mala corporibus, & animabus eorum, quos infidet, inferat diabolus? 2. 59. 5. Vt sine potestate Dei non eicitur dæmon, sic etiam sine eiusdem potestate in neminem intrat. 2. 59. 6.

Et admirate sunt turba. Dei opera longè admiratione digniora esse, quàm dæmonum, quæ tamen ipsa sæpe valde admirabilia videntur, in plantarum, animalium, sexuum ipsorum hominum apparente transmutatione. 2. 60. 2. seqq. De mirabilibus operibus Dei. 1. 13. 10.

In Beelzebub principe demoniorum eicit demonia. Esse quemdam ordinem praelationis inter dæmones, & vnum altero potentiorum. 2. 25. 6. Beelzebub muscarum Deus unde? 2. 15. 15. à muscis, qui, & quanti vexati? 2. 15. 14. seqq. Blasphemorum in Deum iniquitas. 3. 64. & 3. 64. 6.

Et alij tentantes signum de celo quarebant ab eo. Quàm malè cesserit hæreticis conantibus miracula facere? 4. 42. 8. Malè tentantes Deum, qui per superstitiones voluerunt sanari, quos valde reprehendunt PP. & Deus grauius punit. 4. 42. 2. seqq.

z

Ipsè

Ipse autem ut vidit cogitationes eorum. Dens est omniscius, adeoq; & inspector cordium & cogitationum. 1. 3. 6. seqq. & 1. 5. 5. Hinc & que timendus & amandus. 1. 14. 4. seq. Christus est index cordium. 1. 5. 4. Christus etiam in occipite est oculatus. 1. 7. 6.

Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur. Hinc magos saepe dum illudunt, illudi, & praestigijs suis perire. 2. 60. 20. Quam stultum sit ad demonem capitalem generis humani hostem confugere in morbis? 4. 42. 7.

Et domus supra domum cades. De mirabilibus terrae motibus. 2. 47. 12. De regnis super regna cadentibus, & cur id factum? 3. 60. 1. & 3. 61. 2. seqq.

Si autem satanas supra seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? Nullam Remp. sine concordia; nec concordiam sine iustitia consistere. 2. 1. 2. Quantum Diui & Diuorum reliquie rebus Satanae magicis aduersentur? 4. 42. 9. Quanta merces eos maneat, qui nolunt illicitis remedijs sanari? 4. 42. 13.

Si ego in Beelzebub eicio demonia: filij vestri in quo eiciunt? Mirum non esse si de Iudaeis dicatur, quod ipsi dixerunt de Christo, cum & illud fiat reipsa, quod impij sibi ipsi imprecantur. 2. 64. 4. Alij non eiciunt, sed inijciunt imprecando alijs & sibi demonia. 4. 24. 13. seqq.

Ideo ipsi iudices vestri erunt. Sancti ita iudicant subinde, ut demonem in alios immittant, ad eos puniendos. 2. 59. 14. seq. Ad Sanctos potius, quam ad Iudaeorum medicinas esse confugi-

endum. 4. 42. 6.

Si in digito Dei eicio demonia, profecto peruenit in vos regnum Dei. Spiritum Sanctum, qui in digito Dei intelligitur, esse omnibus demonibus fortio- rem. 4. 9. 9. seqq. Mirabilis eiectionis demonis Oetingae facta. 4. 41. 1. seqq.

Cum fortis armatus custodit atrium suum: in pace sunt omnia, quae possidet. Sine potestate à Deo data in neminem posse intrare Diabolos. 2. 59. 6. seq.

Si autem fortior illo superueniens vicerit eum. An, & cur Deus magis permitat potestatem in creaturas? 2. 5. 8. Nota Ecclesiae est potestas demonum pellendi. 4. 39. 14.

Qui non est mecum, contra me est. In emergence praena diuina consideranda. 2. 59. 9.

Cum immundus spiritus exierit ab homine. Immundus spiritus, & impuritates quantam Dei iram prouocent? 3. 61. 4. seq. Salomonis exemplo, & alios, apud feminas, periclitari. 3. 61. 8. seqq. Non frustra immundum spiritum in porcos à Christo immissum. 4. 9. 11. seq.

Reuertar in domum meam, unde exiui. Non desistere demonem à tentando, etiam si semel vincatur. 4. 33. 7.

Assumit secum septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi. Omnem peccatorem dignum esse ut à diabolo, cui se subijcit, possideatur. 2. 5. 9. 8. Quid diabolus, per mulierum fraudes possit? 3. 69. 9.

Et sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Monstrorum Acherontico-

ticorum foeditas hororem parit, & vtiliter terret peccatores. 2. 58. 12. seq. De eo, qui spiritu malo traditus in interitum carnis, vt spiritus saluus fieriet. 4. 28. 8.

Dominica IV. Quadragesimæ. lo. 6. *Et sequebatur eum multitudo magna.* Fame spiritali æquæ, ac corporali homines ad Deum quarendum & sequendum adigi. 4. 5. 5.

Quia videbant signa, qua faciebat super his, qui infirmabantur. Signum Filij hominis crux, quam pauci sequuntur. 1. 31. 1. Etiam per non Sanctos, non tamen per dæmonem vera signa fieri. 2. 8. 15. Miracula neq; à quouis, neque in quavis causa petenda. 3. 36. 10.

Cùm subleuasset oculos Iesus. Deum oculos intentos habere tam super paruum, quàm super magnum mundum. 3. 13. 1. Oculi columbæ quales? 2. 9. 1. Oculi quam vim habeant in leone. 2. 14. 8. Solis, & cæli contemplatio. 2. 12. 5. Oculi, qua custodia indigeant. 2. 31. 7.

Vnde ememus panes, vs manducant hi? Variæ causæ, ob quas peculiarem pauperum curam gerit Deus. 3. 12. 2. Exempla diuinæ erga pauperes curæ. 3. 13. 3. seq. Panis quotidianus qui petendus? 1. 16. 5. Panis calidus à Deo missus eremitæ. 1. 16. 6. Panis æter & insipidus Christi sanguine fit dulcis. 1. 19. 10. Panis ab Angelo allatus. 1. 18. 3.

Hoc autem dicebat tentans eum. Cur Deus quosdam pauperes non statim iuuat? 3. 13. 4.

Ducentorum denariorum panes

non sufficiunt eis. Deum, suo tempore, & pauperibus, & pauperum patronis succurrere. 3. 13. 5.

Est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces. De duobus mirabilibus piscibus, figuris & armis bellis prodigijs. 2. 47. 9. seq. De quinque panibus, qui plurimos pauperum. 1. 18. 1. Panis à corvo allatus. 1. 16. 3. alter ab Angelo. 1. 17. 8. & 1. 17. 12. Panis ablati & redditus ab aquila. 1. 22. 2.

Sed hæc quid sunt inter tantos? Pauperibus & pauca sufficere, quia paupertas est temperantiæ mater. 3. 11. 9.

Facite homines discumbere. Pauperes spe, & fiducia esse diuites, sicut hi, qui sine villo comæatu Christum in desertum sunt securi. 3. 11. 11.

Erat autem fœnum multum in loco. Fœno & floribus similis vita hominis. 4. 1. 9. Non solum fœnum, sed & alia iter facientibus mortis memoriam ingerere. 4. 43. 7. In pratis & campis, in arboribus & siluis, in herbis, floribus, & fructibus vbique posse sicut in fœno mortis symbola considerari. 4. 44. 8. seqq.

Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia. Humi sederunt hi, non in sellis; quia paupertas est humilitatis mater, sicut superbia filia diuitiarum. 3. 11. 5.

Accepit ergo Iesus panes, & cum gratias egisset, &c. Pauperis oratio quàm potens. 3. 11. 10. Gratias agere est benedicere: benedictiones matrimoniorum quid efficiant? 2. 4. 2. & 2. 6. 9. Benedictiones panis, salis &c. ad salutem. 2. 2.

tem corporis & animi profunt. 4. 40. 21.

Similiter & ex piscibus, quantum volebant. Paupertatem etiã per miracula fieri liberalem. 3. 11. 7. multi sine dubio diuites, & alioqui delicatè nutriti tunc interfuerunt; & tamen saturati sunt. Nimirum fames docet etiã fastidiosum ganeonem esse frugalitate contentum. 4. 4. 13.

Colligite, qua superauerunt fragmenta, ne pereãt. Quod etiã in sacrificio Missæ iubentur facere sacerdotes; non autem mali sacrarum ceremoniarum imitatores, de quibus. 3. 63. 9. seq. Reliquiæ sanctorum colendæ. 1. 12. 7. Reliquiæ cultæ. 1. 42. 19. Reliquiæ Castrorum à Turcis cur sint cultæ? 2. 50. 14.

Et impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum. In duodecimo numero multa passim mysteria continentur, vt duodecim Patriarchæ, duodecim Apostoli &c. 39. 9. seqq. Duodecim homicidiorum reus duodecies punitus. 3. 54. 7.

Quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum. Christus Propheta dici potest, quia in eo eluxit Prophetarum paupertas. 3. 14. 2. Christus Propheta est ob scientiã. 1. 3. 6. seqq. Christus scit etiã ea, quæ non sunt. 1. 5. 6.

Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi essent, ut raperent eum, & facerent regem, Benefactores esse honorandos. Sicut isti Christum, ob multipheatos panes, sceptro & corona honorare voluerunt. 3. 26. 4. Cur non nulli fines suos, etsi bonos (qualis fuit, Christum regem facere) non assequan-

tur? 1. 4. 7. seqq. Et Christi, & magnorum Principum, magnos honores fugientium exemplo, satius esse honorem non appetere. 23. 6.

Fugit iterum in montem ipse solus. De fuga honorum, exemplo Christi. 3. 32. 6. De honoris vanitate. 1. 32. 11. Honorem suum mutauit homo. 2. 13. 1. seqq. Honor è varijs rebus, quibus homines excellunt, oritur. 3. 18. 2. Honor summus Deo debetur. 3. 18. 2. seqq. An humilitas honorem fugiens sit eadem cum magnanimitate? 3. 19. 3. seqq. Summæ sapientiæ honorem fugere. 3. 39. 8. seqq. Honoratorum status periculosus, 3. 28. 3. seqq. eius luculenta exempla, ibid.

Dominica Passionis. Io. 8. *Quis ex vobis arguet me de peccato?*

Dei opera reprehendi non posse. 1. 3. 3. seqq. & 1. 3. 16. & 1. 4. 5. Quo iudicio vti, vel non vti debeamus? 3. 46. 3.

Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Magistratus esse, reprehendere & punire peccantes, exemplo Christi. 3. 63. 2. & 3. 63. 16.

Quis ex Deo est, verba Dei audit, nec desperat, nam ob verba Dei ac promissiones non desperandum esse SS. PP. docuerunt. 4. 60. 3. moriturum maximè tentari, sed maximè iuuari. 4. 60. 4. seqq.

Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Malè iudicatus Deus, bene iudicat malè iudicantes. 3. 46. 1. Pauperes audire nolens, nec ipse auditur. 3. 52. 14. Vix duces repudiantes dignos esse, vt in via errent. 4. 55. 5. Quoq.

Quomodo protegi nolentes deserat
Deus? 4. 45. 6.

*Samaritanus es, & demonium
habes.* De iuvene, qui dæmonem pro
vxoie habuit. 2. 43. 8. Samaritano, qui
misericordiam exhibuit ei, qui incidit
in latrones, similis est Christus, cuius
est infinita misericordia. 4. 60. 1. & lon-
ganimitas ac patientia eius in Passione
est manifestata. 4. 60. 2.

Ego demonium non habeo. An, &
tur etiam innocentes Deus sinat à ma-
lis spiritibus insideri? 2. 59. 16. seq.
Christi immensa humilitas in iniurijs,
& despectibus perferendis. 3. 40. 7.
Christus iudicium temerarium prohi-
bens. 3. 46. 2.

Sed honorifico Patrem meum. De
honore parentibus exhibendo, & alijs,
quos honorare iustum est. 3. 25. 1. seqq.
Cur honor Deo debeat. 3. 21. 1. à Deo
exigitur, propter nostrum bonum. ibid.
Gloria Dei in omnibus rebus quaeren-
da. 3. 21. 1.

Et vos inhonorastis me. Quantum
beneficium, & quanto honore dignum,
Passio Christi? 1. 117. Honorem sæpe
iniuste negligi. 3. 39. 6.

*Ego non quero gloriam meam: est
qui quarat, & iudicet.* Bonitatis &
iustitiæ in operibus Dei quàm arcta sit
coniunctio? 2. 11. Honorare alios iustum
esse. 3. 25. 1. Gloria cælestis non negli-
genda, sed magni facienda. 3. 23. 1.

*Si quis sermonem meum seruaue-
rit, mortem non videbit in æternum.*
Sui libertate arbitrij homines sermo-
nem Christi non seruare, & perire. 4.
44. 6. Ob æternam vitam non solum

seruandum sermonem Christi, sed etiam
fluxa bona contemnenda. 4. 2. 9.

*Abraham mortuus est, & Prophe-
ta.* De mortis necessitate. 4. 1. 12. Mors
orta est à peccato & per Adam. 4. 17. 2.
seq.

*Numquid tu maior es patre nostro
Abraham, qui mortuus est?* Mors est
certa omnibus, adeo ut nec Abraham ab
ea sit exemptus. 4. 43. 1. Mortis memo-
ria humilitatem generat, quam Iudæi
putabant Christo deesse. 4. 43. 4. seqq.

Quem te ipsum facis? Malum,
ex lege Christiana pro malo, non esse
reddendum. 3. 46. 4. Exemplo mortui
Abrahæ, putabant Iudæi se Christo ja-
stantiam adimere posse, sicut alias per
morbos & mortuos superbia deprimi-
tur. 4. 2. 2.

*Si ego glorifico me ipsum, gloria
mea nihil est.* Gloria quid sit? unde
habeatur? 3. 18. 1. An, & quæ gloria pos-
sit quaeri? 3. 20. 5.

Et non cognouistis eum. De Deum
ignorantibus, & non videntibus, eo-
rumque miseria, & beatitudine eorum
qui eum cognoscunt. 1. 7. 1. seqq.

Scio eum, & sermonem eius seruo.
Scientia Christi, quot modis scientiam
humanam superet? 1. 3. 6. Fructus scien-
tiæ Dei 1. 7. 4.

*Abraham pater vester exultauit,
ut videret diem meum.* Abrahæ ho-
spitalitas ergo Angelos excipiendos o-
stendit, quantum habuerit desiderium
Christi excipiendi, si veniret. 1. 4. 11.
Abraham, quàm fidelis seruus fuerit?
1. 35. 8.

Ante-

Antequam Abraham fieret, ego sum. De eternitate Christi, contra veteres & novos Christianos, quia Deus est, quod ex potentia eius patet. 1. 41. 1. Eiusdem naturæ & essentia: diuina cum Patre in Christo fides defensa. 1. 21. 13.

Tulerunt ergo lapides, vs jacerent in eum. Processus excruciationis & indurationis in peccatore, Christum non saxis, sed Saxeo corde lapidante. 3. 45. 7.

Jesus autem abscondit se, & exiit de templo. Quam patiens fuerit Christus qui iudæis cessit. 1. 40. 7. Quam clemens Deus, se potius quasi abscondens, quam aduersarios suos puniens. 1. 6. 1.

Dominica Palmarum, Matth. 21. *De Passione Domini, meditatione expensa, & quæ habeat privilegia?* 4. 70. 10.

Misit duos discipulos suos. Discipuli iidem, qui & Apostoli plerique, bini missi, plerique non conjugati. 2. 46. 16. Quam legati isti vim in serpentes habuerint? 2. 14. 1.

Inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea. Hominis in omni generis animalia quantum sit dominium. 2. 14. 1. seqq. Homines asinis alijsq; bestijs similes fieri, per peccata. 2. 61. 1. seqq. Asinus ex homine. 2. 60. 5. ex Apuleio. 2. 60. 8. ex Mida. 2. 60. 9. Ex quibus vitijs homines asini fiant? 2. 47. & 2. 51. 3. & 2. 51. 5. Asinus onustus à quo in altum sublatus. 2. 50. 10. Asi-

nus loquens. 2. 47. 17. Asini corium ventos cohibet. 2. 5. 8.

Soluite, & adducite mibi. Hominum inobedientiam ab obedientia bestiarum in ruborem dari. 2. 14. 3. seq. Soluendi à peccatis communicaturi, ne sicut jejuniij violatores grauitè puniantur, & communicent. 4. 24. 5. 6.

Dominus his opus habet. Deus absolute bonorum nostrorum non eger, sed in ordine ad nos suauiter gubernandos opus habet hominibus, vt Apostolis, qui proinde à Christo contra calumnias defensi sunt. 1. 13. 11. opus habet & elementis, vt aqua ad baptismum 1. 14. 11. item opus habet bestijs, quibus vititur vel ad eorum esum. 1. 22. 5. vel tamquam ira suæ ministris. 1. 1. 4. & 2. 15. 5.

Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Deum regi Chosroi similem esse. 1. 15. 1. Et si Deus mansuetus, tamen ab eo bella esse. 3. 55. 7. & 3. 56. 7. seqq. Mansuetudo quam deceat Principem. 2. 3. 4.

Et imposuerunt super eos vestimenta sua. Vestimenta melius conuer-ti ad ornatum templorum & honorem Christi, quam ad vanam superbiam, ob quam fulminatæ sunt. 2. 4. 13. item mirabiliter accensæ. 2. 47. 7. De excessu in vestibus. 2. 61. 8.

Plurima turba strauerunt vestimenta sua in via. Via Dei per quid homines ducat? 1. 25. 3. vestes contrahunt lepidum coniugium, vnde rectius pedibus Christi subijcerentur. 2. 22. 6. vestes defunctorum cur olim laceratæ? 3. 5. 13. Vestes malè detractæ. 3. 53. 9.

Alij

Alij cadebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Arbor instar fontis aquam stillat ad honorem Dei. 1. 17. 26. Arborum folia quantum vestigial faciunt Granata? 3. 7. 2.

Hosanna filio David, benedictus, qui venis in nomine Domini. Quale omen fuerit Iacobo Fortunato, cantatus versus, Benedictus, qui venit in nomine? 1. 25. 11.

Dominica Resurrectionis. Marc. 16. *Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata.* Deuotio feminarum, & liberalitas in Christum, Artemisæ erga defunctum Mausolum Amor docent quo amore sanctæ illæ feminæ fuerint erga Christum. 2. 41. 13. Qui, & cur dixerint, feminas non in suo sexu resurrectionis? 2. 63. 12. De peregrinationibus ad sepulchrum Domini. 2. 16. 11.

Et venientes ungerent Iesum. Mos ungerendi sepeliendos, monet ne Vnctio extrema negligatur. 34. 4. A natura, & plerarumq; gentium sensu doceri, mortuos esse sepeliendos. 4. 66. 1. Funerum curam non solum in diuinis litteris laudatam esse, sed & ab Ethnicis laudabiliter adhibitam. 4. 66. 2.

Et valde manè una sabbatorum, veniunt ad monumentum. Exempla constantis amoris erga mortuos. 2. 41. 17. Quam fuerit Christi sepulchrum gloriosum? 4. 64. 2 & de veterum Patriarcharum honorifica sepultura. 4. 64. 3. De monumentis & memorijs mortuorum. 4. 66. 3.

Orto iam sole. Feminas in tenebris

non debere domo exire, & quam id sit periculosum, exemplo puellæ seductæ. 3. 63. 3. seqq. Christus soli antefendus. De cuius nobilissima formositate. 2. 12. 5.

Quis reuoluet nobis lapidem? Quæ mulieres & in morte à viris noluerint separari? 2. 41. 8. Sepulchrū Christi magis venerabile, quam Castrioti, quod Turcæ sunt venerati. 2. 50. 14.

Viderunt reuolutum lapidem. De impedimentis matrimonia dirimentibus, obseruandis, sicut reuolutum lapidem mulieres istæ obseruauerunt. 2. 43. 4. seq. Cur S. Gregorij Thaumaturgi sepulchrum, & non etiam Machometi à motu fuerit incolume? 2. 8. 9. Christi resurrectio æquæ ac mors terræ motum fecit. 2. 18. 6.

Et introeuntes in monumentum. De ijs, qui sepulchrum Christi visitauerunt. Blancæ se cum marito sponte sepelientis amor, animæ est in exemplum, vt cum Christo in sepulchrum intret. 2. 4. 10. De Christi sepulchro glorioso. 2. 16. 11.

Viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida. Ab angelis sepulchra SS. curari. 4. 66. 12. Diuersitas sepulturæ in Epulone & Lazaro indicata, cum enim in inferno sepultus sit epulo, Lazari anima ad caelos est portata. 4. 46. 1. Aues & bestiarum funus S. Simeonis celebrantes Angelos imitantur, vt & ij, qui antiquissimo more, in funeribus canunt. 4. 66. 13. De Angelorum forma cum apparent. 2. 58. 2.

Nolite expandere. Sepulchri facti violatores à mulcis puniti. 2. 15. 19. Sepul.

Sepultura sacra fulminato difficulter concessa. 2. 3. 12. & miraculosè negata, vnde meritò malis expauescendū. ibid.

Iesum quaritis Nazarenum crucifixum? Crucifixus omnia dulcescere facit. 2. 19. 5. Crucifixus Polycrates felix. 2. 26. 8. Crux lupum domat. 2. 22. 5. Crux venenum pellit. 2. 22. 6. Crux coronatur à rege. 3. 30. 7. Crucifigentes Iudæi Christum Crucifixi sunt. 3. 53. 10. Crucifixi imago caput inclinat Ioanni Gualberto. 3. 43. 4.

Surrexit, non est hic. De resurrectione mortuorum, qualis ea futura sit? 2. 63. 2. seqq. Quomodo sancti in mensura ætatis plenitudinis Christi sint resurrecturi? 3. 63. 7. An, & quo modo resurrecturi sint, qui ante moriuntur, quàm nascantur? 2. 63. 16.

Ecce locus, ubi posuerunt eum. De ministerio Angelorū in hominibus illuminandis, quod indicatur eorū fulgore. 2. 3. 10. & 2. 47. 5. Sepulchrum Christi quàm gloriosum? 4. 64. 2. Sepulchra ab Angelis non tantūm honorata, sed etiam facta. 4. 66. 12. seq.

Ite, dicite discipulis eius & Petro &c. S. Petrum non tantūm hic nominatim expressum, sed etiam aliis peculiaribus miraculis honorauit Christus. 4. 39. 4. seqq.

Præcedes vos in Galilaam, ibi eum videbitis. Angeli quo vultu bonos, quomalos excipiant nō solū ad sepulchrum, sed etiam ad templū euntes? 3. 32. 3.

Sicut dixit vobis. De prædictionibus Christi, inter quas est vastatio Ierusalem, quæ obsideri cœpit in Paschate, sicut Iudæi in paschate Christum cruci-

fixerunt. 3. 53. 4.

Feria II. Paschæ. Luc. 24. *Duo ex discipulis Iesu ibant ipso die in castellum.* His duobus vnā mentem fuisse, vnā viam, vnū sermonem, quantum sæpe inter alios duos sit discrimen multis exemplis ostenditur. 4. 56. 1. seqq.

Et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus quæ acciderant. De duobus viatoribus, qui inter ambulandum Pasionis dominicæ memores fuerunt. 1. 1. 1.

Dum fabularentur. Quænam insit fabulis veritas? 2. 60. 18. Pro fabula Paschali, De diuite inquieto, & quieto paupere, 3. 17. de Paupere qui Saturno supplicauit. 3. 31. seq. de Goballo auro & auri noxia cupiditate. 3. 6. 1. de Cynico & Micyle futuro. 3. 9. 3. De duab' filiabus, formosa vna, deformi altera. 3. 14. 1.

Et ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Vix duces repudiantes dignos esse, vt in via errent. 4. 55. 5. seq.

Oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Quanti facienda sit pœna spiritualis excæcationis? 4. 55. 3. seq. Sensus humanos sæpe errare. 2. 60. 10.

Qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicem ambulantes, & estis tristes? Meritò indagari in sermones hominum, cū linguæ hominum facillè obsint. 1. 32. 1). Nam lingua est arcus prauus. 3. 44. 2.

Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti, quæ facta sunt

in illa his diebus? Vt Christum in specie Hortulani, aut Peregrini apparentem imitetur Diabolus, etiam ipse in varias figuras mutatur. 2. 58. 7. cogitur tamen se prodere aliquo indicio. 2. 58. 9. In varias etiam se bestias induit diabolus. 2. 58. 1.

De IESV Nazareno, qui fuit vir Propheta potens in opere & sermone coram DEO & omni populo &c. De Christi IESV vita per prospera & aduersa alternata. 1. 29. 6. de eiusdem vita ærumnis plena. 1. 31. 11. Quam potens fuerit in opere, cuius vox Ego sum tam fuit potens. 1. 1. 14. De eiusdem potentia in mortuis suscitandis. 1. 38. 4.

Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israël. Christus in cruce nos redimens serpenti similis. 1. 1. 6. spes in Deum multis miraculis docetur. 1. 17. 4. seqq.

Et nuuc super hac omnia tertia dies est hodie quod hac facta sunt. Quanta sit spes in Deo ponenda? 1. 9. 12.

Sed & mulieres quadam ex nostris terruerunt nos &c. Spes nostra quo modo Christus, quo modo B. Virgo & alia mulieres sancta? 1. 10. 6. seq.

Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt. Vnde mirifice accendatur spes? 1. 5. 10. Spes non in Principibus, sed in Deo ponenda. 1. 20. 10.

O stulti & tardi corde ad credendum. Tentatione homines sapientiores fieri & excitari ne torpescant. 4. 53. 7. seq. Peccatis rationem sopiri, vt stultis

immò bratis similes fiant homines. 2. 61. 1. seqq.

Nonne hac oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Non solum Christum innocentem per crucem ad gloriam iuisse, sed etiam multos reos immò fures in patibulo extolli, vt sint celo propiores. 4. 5. 2. 9. Christus ad scripturas & iudicium Patris prouocauit. 1. 37. 4.

Et finxit se longius ire. Fictionem & æquiocationem, suo tempore non tantum utilem, sed etiam licitam esse. 2. 29. 4.

Accipit panem & benedixit ac fregit. Christus in latere panem atrum tingens dulcem facit. 1. 19. 4. Hoc pane presente verentur homines peccare. 1. 7. 10. Hic panis viatoribus datus viaticum est necessarium. 1. 41. 15.

Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via? Amor Dei erga nos, bonos facit & ardentes. 1. 11. 6. Amor Dei est causa ardentis charitatis & sanctitatis. 1. 12. 8.

Et ipsi narrabant, quæ gesta erant in via, & quo modo cognouerunt eum in fractione panis. Ex Eucharistia, vis Dei in dæmones cognoscitur. 1. 3. 13. Narrare alijs sancta opus est charitatis, quæ proximum æquè amat ac se ipsam. 3. 37. 4. & 3. 43. 2.

Feria III. Paschæ. Luc. 24. *Stetit IESVS in medio discipulorum suorum.* Præsentia Dei quantam reuerentiã exigat? 1. 7. 9. seq. Præsentia Christi quanti facienda? 1. 15. 5.

Pax vobis, ego sum, nolite timere. Cum timendus aequè sit Deus atque amandus, de quo timore hic Christus loquatur? 1. 14. 4. seq. Bene timorati horrent peccatum. 2. 32. 13. Malè timorati qui seruili timore timent, & an semper hic timor sit malus? 2. 4. 15. Quantum sit pacis bonum, ex Hebræorum salutandi modo intelligi. 3. 66. 1. Diuersus galeæ vsus diuersum belli & pacis statum indicat. 3. 66. 2. Pacis bona, & belli mala. 3. 66. 3.

Conturbati verò & conterriti existimabant se spiritum videre. Spectra horrorem incutere & conturbare homines apparet è spectro Nilotico. 2. 47. 8. item è spectro, quod monuit Casium de morte futura. 1. 58. 2. Litaniarum contra spectra vsus. 2. 48. 4.

Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum. Vulnè à Christo post resurrectionè seruata. 2. 63. 3. Quanta vulnè facta sint à Castrioto, sed cum his quæ sunt à peccatoribus facta non comparanda. 2. 50. 14.

Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet. Vulnè non tantum palpano & obligando, sed etiam sugendo à nonnullis sanata. 2. 24. 8.

Ostendit eis manus & pedes. Gloriosos Christus ostendit, ex merito; alij truncatos ostenderunt ob peccatū. 4. 51. 7.

Adbuc illis non credentibus & mirantibus præ gaudio. Cur in ipsis tentationibus gaudendū sit? 4. 54. 3. seq. *Habetis hic aliquid quod manduce-*

sur? Nullam necessitatem, sed potestatem habuit manducandi Christus gloriosus, qui corpore non glorioso potuit per 40. 1. dies sine cibo esse; immò facere vt eibis miris ac etiam venenatis homines vterentur. 2. 56. 9.

At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauam mellis. Quàm diuersa sint conuiuia Eremitarum & Mundi. 1. 16. 3. In hoc conuiuio Christi fuit aliquid de melle, sicut in mucido pane pauperum, qui dulcius edunt & bibunt, quàm diuites. 4. 4. 8. Peccatoris autem conuiuium amarum est & luctuosum. 1. 40. 14.

Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. Hanc liberalitatè Christi, reliquias diuidentis discipulis, imitata est S. Lydvina quæ & ipsa diuisit pro se accepta inter alios. 1. 17. 14.

Quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. Vt de serpente sine veneno, qui fuit figura Christi. 1. 1. 6. Item de Noè à Deo curato. 1. 10. 6. ac de eodem Noè per vias rectas ducto. 1. 29. 5. Item de primo Adam bestijs dominante. 1. 22. 8. seq. & 2. 13. 11. & 2. 14. 1. seqq. Item de Abel. 1. 4. 10.

Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Inter quas fuit figura Christi, Samson populi liberator. 2. 50. 12. Figura item Christi fuit Iob, Ioseph, Tobias. 1. 25. 3.

Sic oportuit Christum pati, & resurgere à mortuis &c. Pati oportuit Christum, non tantum, vt nos redimeret, sed etiam vt nobis esset exemplum pati.

patientia. 1. 40. 7. Sic Passio Christi in Euangelij apertione occurrens S. Franciscum pati docuit. 1. 35. 6.

Es predicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum. De peccatis quam sint coram Deo detestanda. 1. 17. 9. seqq. Poenitentium peccata in gloriam cedere. 1. 42. 19. De poenitentia à monstis prædicata. 2. 52. 4. seq. peccata remedium habere apud sacerdotes. 2. 55. 5. In quanta homo per peccatum mala lapsus sit? 1. 11. 3.

Dominica in Albis, seu prima post Pascha. Io. 20. *Cum esset serò.*

Nec Deo, nec homini serò esse, in hac vita, ad lumen dandum, vel accipiendum, quo peccata pelluntur tenebris similia. 2. 5. 17. Deus est Pater luminum. 1. 7. 3.

Et fores essent clausæ. Obstacles multa poni ab hominibus, ne Deus ad eos ingrediatur. 2. 8. 2. Naturali vi per fores clausas neminem posse intrare. 2. 60. 14. Peccata cælum claudunt & pluias. 2. 5. 2. Quomodo Christus, ianuis clausis ad Apostolos intravit? 2. 60. 14.

Vbi erant discipuli congregati, propter metum Iudaorum. Animi commotiones, inter quas est metus, homini ad virtutes exercendas datas. 5. 51. 6. A iustitia vindicatus, cuius opus est & bellum, metum incuti peccatoribus. 3. 59. 4.

Venit Iesus, & stetit in medio. Medium ubiq; tenendū, adeò vt & media via sit eundem. 2. 11. 1.

Es dixit eis: Pax vobis. Qualis

& cum quibus, pax sit ineunda? 3. 66. 4. seqq. Homines à bellis esse deterrendos. 3. 56. 2. Bella, præ pace, non facillè suscipienda. 3. 56. 3. seqq. In pace multos torpescere, & in delicias effundi, si non sit pax cum Deo. 3. 59. 6. Deum, eum satis poenæ illatum hominibus iudicat, per bella, iterum dæmones coërcere, & sedare tempestates Rerumpublicarum. 3. 66. 10. Cum mundo pacem non faciendam. 3. 66. 7.

Ostendit eis manus & latera.

Omnia membra, & naturæ debitos humores resurgentibus esse reddenda. 2. 63. 8. an & vngues, & capilli, & quæ materia resurgentibus sit reddenda? 2. 63. 9. seq. Qui nunc gemino, aut semiferino, aut aliter monstruoso corpore sunt, quo modo sint resurrecturi? 2. 36. 6.

Gausti sunt discipuli, viso Domino.

Gaudia tristibus ubiq; permista. 1. 26. 7. seq. Facillè homines lætis, non itera tristibus gaudere. 2. 30. 2. Lætitia signum faces prælatæ. 2. 3. 2.

Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.

Vt Christo non tantum assimilemur dum mittitur in labores, sed & in præmijs laborum, omnibus sanctorum membris suum in resurrectione decorem futurum. 2. 63. 2.

Insufflauit, & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum.

Ceremonias sacras, quibus & Christus usus, non esse contemnendas, vel negligendas. 3. 60. 9.

Quorum remisistis peccata, remittuntur eis.

Peccata remedium habent apud sacerdotes. 2. 55. 5.

Thomas auserit unum ex duode-

cim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis. S. Thomas credulus factus SS. Eucharistiam administrans. 1. 15. 13.

Vidimus Dominum. Visio Christi & diuinitatis est beatorum felicitas. 1. 32. 2. Christi resurgentis corpus viderunt Apostoli, qualia beatorum corpora nos visuri sumus? 2. 63. 3. seqq.

Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum &c. non credam. Sicut in Christo, ita & in Sanctis cicatrices, ad honorem eorum, mansuras. 2. 63. 3. & seruata substantiæ integritate, solam deformitatem perituram. 2. 63. 5.

Venit Iesus januis clausis. Clauduntur janua celi fatuis virginibus, quibus noctes atq; dies patet janua Ditis per varia pericula. 1. 10. 10. item per honores & fortunam. 1. 32. 11. item per uxorem. 2. 30. 12. quæ tamen sunt diuersa apud diuersos. 4. 21. 12.

Infer digitum tuum huc, & vide manus meas. Ut in Christo resurgente, ita & in alijs sanctis quædam vulnera, tamquam virtutis testimonia mansura. 2. 63. 3.

Et affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus. Lateris Christi fons duplex. 1. 43. 1. In latere Christi ater panis intinctus fit dulcis. 1. 19. 10. Fide tangendus Christus. 2. 12. 6.

Dominus meus, & Deus meus. Testimonia diuinitatis Christi & hinc, & in stella. 1. 27. 10. seq. Deus est omnia in omnibus, vnde ad S. Thomæ imitationem exclamauit S. Franciscus: Deus meus & omnia. 1. 13. 1.

Quia vidisti me, credidisti, beati, qui non viderunt, & crediderunt.

Carpus quoq; Episcopus, quia Christum vidit, credidit. 1. 6. 7. & alius quamuis iniustus. 1. 7. 6.

Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quia Iesus est Christus Filius Dei. Ad hæc scripta & facta, sicut & ad iudicium Dei Christus prouocat. 1. 37. 4. Ad hæc potestas eius in ventos ostensa. 2. 10. 3. Christi authoritas fide confirmata. 2. 18. 13.

Et ut credentes vitam habeatis in nomine eius. Credendam, ut alia mysteria, ita & iustitiam Dei. 1. 5. 13. Fidei defectus quantus? & quantum noceat? 2. 33. 2. De ijs qui credendo contra diabolicas artes fuerunt immunes. 4. 40. 2. seqq.

Dominica II. post Pascha, 10. 10. *Ego sum pastor bonus.* Cur Deus, cum bonus sit, mala esse in mundo permittat? 2. 2. 10. Quam prodigiosè Christus oues suas saepe pascat? 1. 17. 5. seqq.

Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Priuata incommoda bono publico esse postponenda. 3. 57. 5. Pastor cum ouibus absumptus, & redditus à terra. 2. 19. 15. Lupi à quibus tamquam bonis pastoribus domiti? 2. 14. 2. S. Lupus Episcopus pastor bonus. 2. 14. 8. Lupus alius videt gemmam in calicem cadere. 2. 47. 6. Alius Lupus ut bonus pastor patrocinatur. 2. 59. 15.

Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propria,

Ieiunio bis in Sabbato. Operum priorum aestimatio inflat, vt Nabuchodonosorem; Babylonis magnitudo aestimata. 2. 56. 11.

Decimas do omnium, qua possideo. Qui decimas & Ecclesiæ bona violant, quàm parum inde ditescant? 3. 6. 8. seq. Fretus meritis præteritis, per quod ad desperationem venerit? 4. 63. 5.

Publicanus à longè stans nolebat nec oculos ad cælum leuare. Quanta hominibus à peccato causa sit sese humiliandi? 3. 39. 10.

Sed percutiens pectus suum. Pectus percutiendi & se humiliandi causam habet, qui iudicia Dei & sua peccata perpendit. 1. 2. 10.

Deus propitius esto mihi peccatori. Quo modo ad templum eundem & orandum, vt exaudiamur? 3. 32. 9.

Amen dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Mira peccatoris pœnitentis mutatio. 3. 32. 6.

3. 31. 6. Verâ pœnitentiâ opus esse ijs, qui veram ignoscentiam consequi volunt. 3. 53. 17.

Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.

De gigantibus fulminatis, de Milone, Maximino, C. Mario, Polydamante mirè humiliatis. 2. 50. 17. seqq. Humiliatus superbus spiritus Acheronticus, cogitur in vilissimarum bestiarû formis apparere. 2. 38. 12. Ex Scriptura, qui superbi sint humiliati? 2. 30. 3. Diocletiani superbia à vermibus castigata. 3. 30. 4. Cosrhoræ regis superbia humiliata. 3. 30. 5. Confusio in pœnam & medicinam. 3. 30. 6. seq. DEVM antè humiliare, quàm exaltare. 3. 36. 1. seqq.

Dominica XI. post Pentecosten. Marc. 7. *Exiens Iesus de finibus Tyri.* Ex presentia Christi colligi potest, quàm magnum damnum patiamur, si à nobis exeat, vel absens sit. 1. 15. 5.

Adducunt ei surdum & mutum. De muliere muta, ne esset maledica. 2. 57. 14. Aurium defectus aliunde compensati. 2. 62. 6. Lingux vsu priuatus, prophetix dono ornatus, 2. 62. 16.

Et deprecabantur eum, ut imponat illi manum. De miseria hominis à morbis, & curatione morborum. 4. 1. 6. item à varietate morborum. 4. 1. 7.

Et apprehendens eum de turba seorsum. Christus apprehendens, per morbos, homines seorsum vocat è seculo. 4. 29. 3.

Misit digitos suos in auriculas eius. Monstrosarum aurium vtilitas,

2. 62. 7. Ceremonias sacras non esse contemnendas, cum etiam Christus ceremonijs sit vsus, in hominibus sanandis. 3. 60. 9.

Et expuens tetigit linguam eius. De lingue vsu & abusu. Vius mirabilis fuit in martyre, qui maluit linguam, quàm castitatem amittere. 2. 57. 13. Si sputum Christi hanc vim habuit, cur non & aqua benedicta aliatq; sacramentalia fructuosè adhibeantur, contra dæmonem & morbos? 4. 40. 17. seqq.

Et suspiciens in calum ingemuit. Sanctos ingemiscientes, etiam sine voce ad DEVM clamare, & impetrare, quod volunt. 1. 50. 10. seqq. Exemplo Christi ob dolorem morborû ingemiscētibus suspiciendum in calum, seu Christum crucifixum. 4. 29. 4. seqq. & 4. 30. 17.

Ephpheta, quod est, adaperire. Supernaturale erat, vt iubendo aures surdi aperiret Christus, de varijs autem modis supernaturalibus sanitatis acquirendæ vidæ. 4. 40. 1.

Et statim aperta sunt aures eius. Claudenti fores & aures, ne pauperes audiat, claudit & Christus suas fores & aures. 3. 52. 14.

Et solutum est vinculum lingue eius. Soluitur sæpe lingua in conuitia, & conuitia pro conuitijs reportat. 3. 47. 1. seqq.

Et loquebatur rectè. Non rectè loqui eos, qui etiam temeraria iudicia sua jactant, quibus tamen tandem suus error à diuina bonitate ostēditur. 3. 34. 14. De prædestinatione rectè loqui doctus. 4. 63. 9. seqq.

Et praecepit illis, ne cui dicerent. Procl

Procul fuisse Christum hæc verba ostendunt ab amore laudis humanæ, quæ varia est, & mutabilis. 3. 41. 1. De laude humana, quæ facit sui cupidos in hac vita recipere mercedem suam. 3. 19. 8.

Quantò autem eis præcipiebat, tantò magis plus prædicabant, & eò amplius admirabantur. Si rerum causas non possumus rimari, debere nos tamen eas cum humilitate admirari. 1. 4. 13.

Benè omnia fecit. DEVM omnia esse omnibus. 1. 13. 2. Naturæ authoris esse, rerum naturis cursum suum relinquere, etiam cum monstra gignuntur. 2. 51. 3. seqq. Opera, quæ in nobis, vel à nobis fiunt, omnia ad DEI honorem referenda esse. 3. 24. 6. Liberum & justum esse DEO, gratiam dare efficacem, cui vult. 4. 63. 7. seqq.

Et surdos fecit audire, & mutos loqui. De fide, per morbos, propagata. 4. 28. 9. & 4. 38. 5. seqq.

Dominica XII. Post Pentecosten. Luc. 10. *Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis.* Quàm beati sint, qui DEVM vident, & quàm miseri, qui non vident? 1. 7. 1. seqq. Mirum exemplum per nasum videntis. 2. 62. 14.

Dico enim vobis, quòd multi Propheta & reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt. Volunt quidam alia videre, non Christum, hi meminisse debent, fuisse oculorum peccata oculis punita, 2. 53. 6.

Et ecce quidam legisperitus surrexit, tentans illum. De quæstionum

captione & perplexitate, ac mirabili modo Polygamix cuiusdam. 2. 29. 3. Fouea alijs destinata, fodienti facta. 3. 45. 1. Legisperitus Christum, sub specie interrogantis, tentans, Politici est exemplum, qui luculenta talione est punitus. 3. 54. 3. seqq.

Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo? Laconis, Elisei, & Theodosij de obseruantia erga Magistratos iudicium. 3. 25. 3. Alia illustria exempla eorum, qui Præceptores suos honorauerunt. 3. 25. 4.

In Lege quid scriptum est, quò modo legis? Lex est iustitiæ instrumentum. 2. 9. 1. In Lege scriptum esse, conjugia esse insolubilia. 2. 23. 4. Lex matrimonij quos obliget, vel non obliget? 2. 21. 2. seqq. Leges humanas esse similes telis aranearum, 2. 34. 13. Legem talionis etiam in Scripturis sacris inueniri. 3. 42. 4. Legum transgressio quàm scandalosa? 3. 62. 2.

Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua. Meretur dilectionem ex tota anima charitas & dilectio DEI immensa. 1. 6. 1. seqq. & 1. 11. 6. seqq.

Et proximum tuum, sicut teipsum. Bonorum esse, in se sua bona, in alijs eorum mala; sicut malorum, in se sua mala, in alijs bona illorum non videre, cum tamen contrarium erga se fieri vellent. 3. 34. 13.

Rectè respondisti. Laudat Christus tentatorem suum, quia sæpe laus & gloria humana datur ijs, quibus alia merces, in altera vita, non manet. 3. 29. 12.

d d

Hos

Hoc fac, & viues. Mercedem vitæ æternæ respondere potissimum charitati, siue Dei, siue proximi. 3. 10. 8.

Et quis meus est proximus? Quis sit proximus, qui vulneratis debeat succurrere? 4. 35. 11.

Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones. Misericordia Christi erga ipsos latrones. 1. 41. 8. seq.

Despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt semiuino relicto. Status hominis in iustitia originali, qua per peccatum spoliatus est. 1. 11. 1. Per vulnera & vlcera ad veram salutem euntium exempla. 1. 31. 8. Per vulnera pereuntium exempla. 2. 60. 7. Sarius esse, diuitijs, quàm virtutibus spoliari. 3. 12. 1. seqq. Malorum militum malus exitus. 3. 54. 7. Multos spoliari, quia ipsi spoliauerunt. 4. 14. 7.

Accidit autem, ut Sacerdos quidam descenderet eadem viâ, & viso illo præterijt. Quo modo S. Augustinus, & S. Antonius spoliatos sit consolatus, quod non fecit iste Sacerdos. 3. 12. 1. Seq.

Similiter & Leuita, cum esset secus locum, & videret eum, pertransijt. De eo, qui alioqui sanctus, ob eleemosynam pauperibus negatam, tamquam latro damnatus est. 3. 38. 7.

Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum: & videns eum, misericordiâ motus est. Promptiorem esse Deum ad misericordiam nobis exhibendam, quàm nos ad eam acceptandam. 1. 41. 14.

Et appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum.

Nullum esse tantum peccatum, quod per pœnitentiam non possit sanari. 1. 42. 16. Vulnerari neminem sine causa. 4. 14. 5. seq. Vlcers egrotis lingentium victoria. 4. 36. 4.

Et imponens illum in jumentum suum, duxit in stabulum, &c. Multò magis coniuges sibi mutuo in morbis succurrere debere, de quibus mira exempla. 2. 24. 8. seq.

Quodcumque supererogaueris, ego, cum rediero, reddam tibi. De liberalitate erga pauperes. 3. 13. 7. seqq. & 3. 19. 7.

Dominica XIII. Post Pentecosten. Luc. 17. *Occurrerunt ei decem viri leprosi.* Leporam olim fuisse pœnam peccati. 2. 55. 1. ex murmuratione illatam. 2. 55. 3. seq. & ex alijs peccatis. 2. 55. 5. Per lepram & alios morbos homines ad pœnitentiam vocari. 4. 25. 8. Leprosi non contemnendi cum S. Martinus Christum in specte leprosi portarit domum. 4. 35. 7.

Qui steterunt à longè. Omnes calamitosos à longè stare, & se reos agnoscere debere. 3. 38. 10. Morbis multa vitia impediri, virtutesq. promoueri, vt hi leprosi docti sunt à longè stare, & se indignos putare, qui propius ad Christum accederent. 4. 28. 1. Morbos, do mita superbia, gignere humilitatem. 4. 28. 4.

Et leuauerunt vocem. De miseria hominum à Calibus, qui faciunt eos leuare vocem, & clamare ad cælum. 4. 1. 8. Ex morbi impatientia multos clamare

clamare & leuare vocem, sed non ad Deum. 4. 13. 1. seq. Quo modo S. Paulus & Carolus Malapertius, in morbis vocem suam leuauerunt. 4. 13. 3. seqq.

Iesu Præceptor, miserere nostri. Merito Præceptor vocatur Christus, quia docet homines, quàm fragiles sint, dum per morbos carnè edomat. 4. 27. 5. Quanti sit meriti misericordia erga ægros? 4. 35. 10.

Ostendite vos Sacerdotibus. Leporam ludæorum olim, multas ob causas, fuisse monstruosam. 2. 55. 2. Deum in morbum conijcere peccatores, vt respiscant, & se Sacerdotibus, per cõfessionem ostendant. 4. 27. 9. Obediendum esse, inobedientes morbo non liberari, sed castigari. 4. 27. 4. Obedientia iuuari ægros, inobedientia deiuuari. 4. 37. 7. seq.

Et factum est, dum irent, mundati sunt. Deum etiam ijs, quos scit ingratos fore, beneficium esse. 1. 41. 4. Non solum sanationem, sed ipsum etiã morbum esse pro beneficio Dei agnoscendum. 4. 27. 10.

Vnus autem ex illis, vt vidit, quia mundatus est: regressus est cum magna voce magnificans Deum. Mundum beneficijs diuinis plenum ad gratiarum actione nos vocare. 1. 43. 10. Impurus Sacerdos, & anima leprosus morbo sanatus. 4. 28. 7.

Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens. Morborum sanatio gratos vult habere. 4. 28. 13.

Et hic erat Samaritanus. Samaritanus catellis se comparauit, hic ergo Samaritanus ostendit, homines canibus esse ingratiore, de quibus. 2. 15. 1.

Nonne decem mundati sunt? & nouem ubi sunt? Ob terra beneficia gratitudinem à nobis exigi. 2. 17. 8. Frons in parètem ingrati à bufone deformata. 2. 53. 5. Benefaciendum ægrotis etiam ingratis & querulis. 4. 36. 5. Quantæ id sit perfectionis? 4. 36. 6. seq.

Non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. De insigni aquilæ & leonis gratitudine. 1. 22. 6. Leporam etiam Naaman ad Dei gloriam fecisse. 4. 38. 6.

Fides tua te saluum fecit. Hunc leprosum fide saluũ à lepra fuisse, alios baptismo sanatos à lepra. 2. 57. 5. 6. Ægros etiam tum per fidem suam saluos, id est, patientes in morbo fieri, si credant, & loco Purgatorij morbi dolores acceptent. 4. 27. 6. seqq. Fides contra morbos utilis, tamquam contra tela ignea. 4. 40. 2. Fides albas Nymphas aliãq; spectra fugauit. 4. 40. 3. Lepora per fidem in SS. Trinitatem à S. Martino pulsa. 4. 40. 4.

Dominica XIV. Post Pentecosten. Matth. 6. *Nemo potest duobus dominis seruire.* Ira, pigritia, auaritia, item inuidia, quibus vnus & idem seruit, quantum suos seruos discrucient? 3. 7. 3. seq. Periculosum pondus diuitiarum abijciendũ. 3. 8. 14.

Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget. Superbia auertiam odio habet, & diligit. 3. 7. 1.

Aut vnum sustinebit, & alterũ contemnet. Diuitias, etsi sint beneficium Dei, tamen ob humanam cecitatem fieri exitij causam. 3. 8. 6.

dd 2

Non

Non potestis Deo seruire, & mam-
mona. Quia auari pecunias Deo præ-
ferunt, & aurum pro Deo colunt, 3. 5. 16.
seq. Auaritiz fraudes Acheronticis flâ-
mis dignæ. 3. 8. 11.

Ne solliciti sitis anima vestra,
quid manducetis. Quo modo sollici-
tudo hominum pro pane quotidiano
curanda? 1. 9. 1. & 1. 9. 4. seqq. Nec nihil,
nec omnia curare homines debere. 1.
10. 1. Deo fidens inuenit, quod nimis
sollicitus negligit. 1. 13. 13. De prouiden-
tia Dei in cibo suis ministrando. 1. 17. 3.
seqq.

Neque corpori vestro, quid indua-
mini. Pro se non sollicitis, meritò Deū
per alios succurrere. 1. 50. 5.

Nonne anima plus est, quàm esca?
& corpus plus quàm vestimentum?
Dei suos alentis exempla. 1. 9. 2. seqq.
Animæ suæ rationem non habent, qui
inuitè & impatienter suam ferunt pau-
pertatem. 3. 1. 7. seq & 3. 2. 4.

Respicite volatilia cali, quoniam
non serunt, neque metunt, neque
congregant in horrea: & Pater ve-
ster celestis pascit illa. Vniuersalis
prouidentia Dei erga res etiam minu-
tissimas. 1. 8. 1. & 1. 9. 2. seqq. Quinam à
bestijs ducti & docti? 1. 34. 12. seq. Cæli
aspectus, quàm pulcher? 2. 12. 4. De
auium exoticarum monstris. 2. 52. 11.
De apum & formicarum, quæ congre-
gant in horrea sua monstris. 2. 52. 12.

Quis autem vestrum cogitans po-
test adijcere ad staturam suam cribi-
tum vnum? Contra hoc dictum a-
gunt, qui altissimos calceos, ocreas de-

cem Soleis altas gestât, aut crepidarum
ingentem sumptum habent, de quo,
2. 61. 8.

Considerate lilia agri, quo modo
cresecunt: non laborant, neque nent.
Deum non tantùm omnia videre, sed
etiam prouidere. 1. 8. 1. Adami in Para-
diso negotium, flores. 2. 12. 7. De con-
siderandis plantarum monstris. 2. 47. 15.
De plantarum faustis & infautis mon-
stris. 2. 52. 10.

Dico autem vobis: quoniam nec
Salomon in omni gloria sua coopertus
est, sicut vnum ex istis. De pulchri-
tudine plantarum, & terræ. 2. 11. 10, &
2. 12. 3. seqq. In campis, arboribus, lil-
uis, floribus, vbique mortis monimen-
ta occurrere. 4. 44. 1. seqq.

Si autem fœnum agri, quod hodie
est, & cras in clibanum mittitur,
Deus sic vestit, quantò magis vos,
modica fidei? Sapientissimè constitu-
tam in terris rerum omnium vicissitu-
dinem. 1. 29. 4. seqq. Vt in fœno, ita &
in homine metendo, nulli parci. 4. 48. 1.

Nolite ergo solliciti esse. Dei erga
Mundum magnum & paruum cura.
1. 10. 3. seqq. De diuitiarū execratione,
quæ tam sollicitos homines facit. 3. 7. 6.
seqq.

Hæc enim omnia gentes inqui-
runt. Ad terram conuersos à cælo de-
seri. 1. 10. 10. Miseria eorum, qui ægrè
ferunt, sibi aliquid deesse, & Plutum
vt Deum adorant. 3. 2. 10.

Scit enim Pater vester, quia his
omnibus indigetis. Cura Dei erga va-
rios in necessitate positos. 1. 10. 6.

Quarite

Quarite primùm regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis. Liberalitatem suam (qua primùm quærebat regnum Dei) retractantis, subita pœna. 3. 8. 8. Diuitis & pauperis primùm regnum Dei quærentis mors inter se collatæ. 3. 8. 13. & 3. 9. 1. seqq.

Dominica XV. Post Pentecosten. Luc. 14. *Ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim.* Homines à loco, origine, & societate animalium suæ fragilitatis & mortalitatis admoneri, sicut à ciuitate Naim admonemur. 4. 15. 8.

Cùm autem appropinquaret portæ ciuitatis. Motum ambulantis, sicut motum cali, nos fluxæ nostræ naturæ admonere. 4. 15. 4. seq. Quæ facientes iter mortis immemores esse nõ sinant? 4. 43. 7.

Ecce defunctus efferebatur. Indulgentia parètum sæpe liberos perire. 2. 40. 12. Parentum, ob liberos, iustæ in vtroque sæculo pœnæ. 2. 40. 13. Defunctos peste eò esse miseriore, quia sepulture honoribus priuantur. 4. 10. 5. Omnia in terris mortem pati. 4. 15. 6. Mortem à natura & pœna nobis deberi. 3. 43. 1.

Filius vnicus matris suæ. Quantum sit matrimonij bonum proles? 2. 23. 3. Quantum dolor parentibus accidat è morte filiorum? 2. 40. 2. seqq. De eo, qui calibatam coluit, ne ex filij obitu dolere posset. 2. 40. 6. Filios sæpe mori in pœnam parentum. 2. 40. 10. Adolescentem hunc in Naim, communi iure mortis, sed ad gloriam Christi

morte sublatum esse, 4. 48. 2. Completionem sepe esse causam breuioris vitæ. 4. 48. 3. seqq.

Et hæc vidua erat. Cur mors conjugibus sit misera? 2. 43. 6. De bono viduitatis. 2. 44. 1. seqq. De honore, sanctitate, castitate, & exemplis bonarum viduarum. 2. 44. 2. seqq.

Et turba ciuitatis multa cum illa. Viduas honorandas, non ledendas esse. sicut hanc honorârunt funus eius comitati. 3. 27. 1. Eò etiam vtile esse comitari funera, quia mortis meditatio, est vera Philosophia. 4. 43. 2. seqq.

Quam cùm vidisset Dominus, misericordia motus super eam. De miseria hominis ex ineuitabili morte. 4. 1. 12. Morsnè, & pestis ipsa, an fames faciat homines misericordia digniores? 4. 10. 1. seqq.

Noli flere. Filios varias ob causas, è viuis ereptos, non nimis dolendos esse. 2. 40. 14. Principium & finem vitæ humanæ, lachrymis ipsis suam fragilitatem testari. 4. 15. 9. Quid sit, tempore non suo mori, aut non dimidiare dies suos? 4. 48. 13. seq. id tamen non flendum, cùm Sancti mortem etiam optent. 4. 48. 15.

Et accessit, & tetigit loculum. Non tantùm loculum, sed etiam ignem, aquam, vaporem, ventum, calum, stellas, vrbes & ædes mortis nobis memoriam ingerere. 4. 44. 3. seqq.

Hi autem, qui portabant, steterunt. Quatuor hos funeris baiulos esse quatuor elementa, è quibus homo constat, quæ sunt in eo causa morborum & mortis. 4. 15. 1. seqq. & 4. 16. 1. seqq. Exempla principum, qui suis humeris

Sanctorum aliorumq; cadauera extulerunt. 4. 66. 7. Cadauera Sanctorum à canibus & aquilis custodita. 4. 66. 9. Sancti à leonibus sepulti. 4. 66. 11.

Adolescens, tibi dico, surge. De miseria hominis ex breuitate vite. 4. 1. 9. Vigiliis & somnum esse monimentum mortis. 4. 44. 13. Cur aliqui in adolescentia moriantur? 4. 46. 1. seqq. Beneficium esse multis citò mori. 4. 46. 4. seqq. Iuuenes non debere sperare longiorem vitam, quàm senes. 4. 48. 4. seqq.

Et resedit, qui erat mortuus. Nulli injuriam fieri, si ad mortalem vitam reuocetur, cum id ei prodesse possit. 1. 38. 4. & de reuocatis ad vitam, qui maluissent mortui manere. 1. 38. 3.

Et cœpit loqui. De mortuis suscitatis, vt loquerentur, & testimonium innocentia darent. 3. 34. 6.

Et dedit illum matri suæ. Ob quæ parētum peccata, filij ante tempus moriantur? 4. 47. 7. Filios sæpe ob parentum peccata è medio tolli. 4. 48. 10. & ob peccata in parentes. 4. 48. 11. seqq.

Acceptit autem omnes timor: & magnificabant Deum. Quanti fructus ex memoria mortis nascantur? 4. 44. 15. Si isti timuerunt videntes huic iuueni vitam restitui, quanto magis debemus timere, si videamus, tot, ob peccata sua mori? 4. 47. 1. seqq.

Et quia Deus visitauit plebem suam. Non visitat Deus tantum salutem afferens, sed etiam miseras in peccatam. 4. 2. 1. quibus domatur humana superbia. 4. 2. 2. seqq.

Dominica XVI. post Pentecosten, Luc. 14. *Cum intra-*

ret Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum sabbato manducare panem. Ad malos bono fine intrari posse. 3. 46. 8. Mirabile exemplum eorum, qui etiam ad meretrices honesto fine solebant intrare. 3. 46. 5. seqq.

Et ipsi obseruabant eum. De auro Domino, simplicem Religiosum, inter manducandum obseruante, & ad frugem reducto. 1. 21. 2. seqq. Non solum religiosos, sed etiam saculares in conuiujs obseruari an temperantes sint, vnde de gula & temperantia violata incommodis agendum. 4. 22. 7. seqq.

Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Hydropicifenis, intereute aqua, quàm æternis ignibus cruciari præoptantis, exemplum. 1. 31. 5. Hydropicos internis, multos alios externis aquis, vel dolo, vel sponte interijisse. 2. 9. 5. seqq. Quæ partes hominis lethaliter afficiantur, vel non afficiantur? 4. 16. 2.

Si licet sabbato curare? De diebus festis obseruandis. 1. 13. 12. Non tantum sacro tempore, velut Sabbato, sed etiam sanctis hominibus licitum esse vri medicinis. 4. 37. 6.

At illi tacuerunt. De malè tacentibus, qui à S. Vincentio, etsi muti essent, iussi sunt tamen loqui. 2. 57. 14. De bene tacentibus, ne æternum damnarentur. ibid. An in nauibus geniti fiant muti? 2. 51. 3.

Ipse verò apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Temerarijs iudicijs omnia esse plena, ea tamen (exemplo Christi non curantis iudicia Pharisæorum) esse contempnenda. 3. 33. 6.

Quis

Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet: & non continuo extrahet illum, die sabbati? Optimū contra temeraria iudicia remedium, in proprium sinum inspicere. 3. 34. 12.

Et non poterant ad hac respondere illi. De silentio & voce monstrosa. punitis. 2. 53. 10.

Intendens quo modo primos ambitus eligerent. De ambitione etiam in fratres fauente. 3. 5. 15. Multos contra Deum murmurare, quod honoræque malis ac bonis detur, vel negetur. 3. 18. 3. Ad honorem omnes, sed non omnes ad veram aspirare. 3. 29. 9.

Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco. Non solum locum, sed nec gradum primum sponzorū ambiendum, cum disparitas nuptiarum sit periculosa. 2. 22. 6. De honoratorum periculis & statu. 3. 28. 4. Veri honoris lucem umbræ honoris longè esse præferendum. 3. 41. 1.

Nefortè honoratior te sit inuitatus ab illo: & veniens is, qui te & illum vocavit, dicat tibi, &c. Quid, & unde Honor, & quo modo à gloria differat? 3. 18. 1.

Dahuic locum. Honorū ac dignitatum, fortunæ subiectarum vanitas. 1. 32. 11. Quantum bonū sit honor? eumque excellentiorem excellentioribus debere. 3. 18. 2. Perire honorem, qui indignis tribuitur: & ob quas causas indignis non sit dandus? 3. 28. 1. seq. Per bella alijs occisis, alijs fieri in mundo locum. 3. 57. 7.

Et tunc incipias cum rubore no-

uissimum locum tenere. De tribus vanæ gloriæ classibus, quæ facientes hominem erubescere, meritò vanæ sunt. 3. 22. 1.

Recumbe in nouissimo loco. Ita dum Deus superbos ponit de sede, ut iustus, honoratur, quia sæpe vanæ gloriæ & honoris causa facta, in honorem Dei conuertuntur. 3. 23. 5. Eos, qui honorem suum quærunt, sæpe indignationem & confusionem mereri. 3. 29. 11.

Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simulantibus. Laudis amore, & metu decoris multa mala vitari, & bona fieri. 3. 23. 7. Dicitur, *Amice, ascende superius*: quia honoribus homines conciliantur, & amici fiunt. 3. 23. 9. In deferendis honoribus ordinem esse seruandum. 3. 29. 2.

Omnis, qui se exultat, humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. De superbis & valde potentibus mirè humiliatis, fulmine percussis, deiectis. 2. 50. 16. seqq. De Nabuchodonosore humiliato. 2. 56. 2. seqq. Vel Ethnicos, quæ recta sunt, honori suo præposuisse. 3. 29. 5. Humilitatem esse causam exaltationis in exemplo eius, qui ob acum Abbas factus est. 3. 39. 8.

Dominica XVII. post Pentecosten. Matth. 22. *Interrogauit eum vnus ex eis legis Doctor.* Legis doctores, alijs docti, quanto peiore sint olim honorati? 3. 26. 5. seqq. Theologorum, Philosophorum, eloquentium honor. 3. 26. 7. seqq. item Poë-

Poëtarum, historicorum honor. 3. 24. 2. seqq.

Magister, quod est mandatum magnum in lege? Cur quidam perfectionem magnam sectantes, id non impetrent? 1. 4. 10. cur alij aliud destinantes ad religionem vocentur? 1. 4. 11.

Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Quantam sollicitudinem in exequendis mandatis suis Deus exigat? 1. 9. 9. Charitas per morbos ipsos inflammatur. 4. 28. 11.

Hoc est maximum & primum mandatum. Quia & maximus, imò solus Deus magnus est. 1. 32. 11. Meritò maximum mandatum est de Deo diligendo, quia Deus est immensæ bonitatis & charitatis. 1. 6. 1. seq.

Secundum autem est simile huic: Diliges proximū tuū, sicut teipsum. S. Lydvina ita proximos dilexit, ut communem pestem & alia mala in se ipsam deriuarit. 4. 32. 8.

In his duobus mandatis vniversa lex pendet, & Propheta. Quia omnis lex & omnia Prophetarum verba sunt pro virtutibus & contra vitia, quæ Deum vel proximum attingunt, nec potest esse lex, quæ huc non collimet; sicut virtutes non possunt esse, vbi non possunt esse vitia. 3. 58. 6. seq.

Quid vobis videtur de Christo? Cuius filius est? Quid ægrotis morbi dolorem de Christi exemplo patientissimè ferentibus visum sit de Christo? 4. 29. 5. seqq. & 4. 31. 9. & 32. 9.

Dicunt ei: David. David fuit bel-

lator, sicut & Christus, vnde bella à Deo iussa & laudati bellatores. 3. 56. 7. seq. Variæ bellorum utilitates. 3. 57. 4. seqq. Dauidem regem in felicitate peccasse, & punitum esse. 3. 61. 3. seq.

Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum? Dei, & Filij Dei fides quomodo persuasa? 1. 21. 15.

Dixit Dominus Domino meo, se de à dextris meis. Quid sit, & quanti facienda gloria cælestis, quæ non pertinet tantum ad Christum, qui sedet à dextris Dei, sed etiam ad omnes beatos, qui in iudicio stabunt à dextris Dei. 3. 23. 1.

Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Hostibus à Deo immissum bellum. 3. 56. 7. Vindicta Dei quam metuenda? 1. 40. 10. Quomodo Deus inimicos suos, qui innocentes vi opprimunt, etiam ipse opprimat? 3. 39. 1. seqq.

Si ergo David vocat eum Dominum, quo modo filius eius est? Tantum scilicet, & non etiam Deus? Retorsiones in Adamum, dæmonem malum, & Iudæos aliosuè à Deo, facta. 3. 47. 5.

Et nemo poterat respondere ei verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare. Quo modo doctrinâ excellentes se se humiliare possint, ex ignorantia scilicet rerum plurimarum? 3. 4. 11.

Dominica XVIII. Post Pentecosten. Matth. 9. *Ascendens Iesus in nauiculam transfretauit.* Maris & aquarum æstimatio, commendatio,

datio, utilitates. 2. 6. 3. seqq.

Et venit in civitatem suam.

Nulli suam partiam esse exprobrandā. 20. 19. 9. An patriæ obscuritas Anacharisi rectè objecta? 3. 47. 2. Quæ patria milites pariat meliores? 3. 57. 10.

Et ecce offerrebant ei paralyticum

jacentem in lecto. Paralyticus manuum & pedum vsu destituitur, sed mira Dei providentia, in manuum & brachiorum compensatione. 2. 62. 9. Alius Paralyticus, ob peccata, triginta annis in morbo jacuit. 4. 24. 2. Homines corpore infirmos, virtute esse fortiores. 4. 28. 5. seq. Alligat paralyticus ægrum, sicut Deus per morbum Bernardinum Realinum alligavit. 4. 29. 2.

Et videns Iesus fidem illorum.

Alijs oculis homines à Deo, alijs ab homine aspici. 3. 32. 3. Exempla eorum, quos Deus per morbos, ad pœnitentiam vocavit. 4. 27. 2. cum fide spes erat conjuncta apportantium ægrum ad medicum, quæ per morbos excitatur. 4. 28. 10. Aegris servientium quæ sint comoda? 4. 35. 1. De impatientia eorum, qui circa ægrotos versantur. 4. 35. 2. Qui curam ægrotorum habuisse legantur, vel neglexisse? 4. 35. 3. seqq.

Confide, fili, remittuntur tibi

peccata tua. Sicut morborum, ita & bellorum occasione, multos fiducia Dei armari. 3. 57. 10. Quanta sit misericordia Dei, qui toties relapsis ignoscit? 3. 60. 9. Cur Christus Paralytico corporis sanitatem perenti, animæ sanitatem prius dederit? 4. 24. 1. De ijs, qui peccato sublato etiã morbis sunt liberati. 4. 27. 3.

Et ecce, quidam de scribis dixe-

runt intra se: Hic blasphemat,

Scribæ similes canibus omnia allatrantibus, qui in certis locis crebrius occurrunt, sicut in certis locis homines canina facie. 2. 51. 5.

Et cum vidisset Iesus cogitationes

eorum. Quàm meritò Deus malè cogitantes detegat? 3. 31. 6. Secreta cordium soli Deo nota esse. 3. 31. 1. Deum interna hominis videntem maximè timendum esse. 3. 32. 4.

Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Fidei lumine privatos facilè in falsa judicium, at verò etiam in impura labi. 3. 33. 2. seqq.

Quid est facilius dicere: Dimit-

tuntur tibi peccata tua: an dicere:

Surge, & ambula? Dimitti peccata prius à Christo, quàm morbos, quia peccatum est causa morborum, & omnium malorum. 4. 17. 1. seqq.

Vt autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimit-

tendi peccata, &c. Sinere quidem Deum judicari & infamari innocentes, sed eosdem in honorem reponere, sicut Christus, hoc miraculosè sanato repositus est, ita ut mirarentur & Deum glorificarent turbæ. 3. 34. 1.

Surge, tolle lectum tuum, & vade

in domum tuam. In morborum pœnis beneficia Dei contineri, quia per eas surgimus ad Deum. 4. 17. 4. S. Augustini & S. Pachomij ad morborum patientiam exhortatio. 4. 32. 14. seq.

Et surrexit, & abiit in domum

suam. De varijs morborum utilitatibus.

bus. 4. 29. 1. Per eos Deus homines facit surgere, & ire in Indiam, in Religionem &c. 4. 29. 3.

Videntes autem turba timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus. Cùm Christus, vt verus Deus, habuerit ad hoc potestatem principalem, vel iubendo iussit abscedere morbos, 4. 26. 8. seqq.

Dominica XIX. Post Pentecosten. Matth. 22. *Simile factum est regnum calorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo.* De nuptijs Virginum cum Christo, à tempore Apostolorum. 2. 46. 15. De nuptijs licitis, & illicitis. 2. 21. 1. seqq. & 2. 22. 5. seqq. De periculosa nuptiorum disparitate. 2. 22. 6. Quæ Virgines respuerunt nuptias? 2. 46. 11. Quæ in ipso matrimonio virginitatem seruauerunt? 2. 21. 5.

Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias. De institutione, dignitate, & fructibus matrimonij. 2. 24. 1. seqq. An Virgines vlla nuptiarum lege teneantur? 2. 21. 2.

Et nolebant venire. Parabola S. Bernardini de Sponsa à Deo oblata, cum regno, & à plerisque hominibus repudiata; cùm interea altera infelix ambitiosè quæreretur. 3. 17. 1.

Iterum misit alios seruos. Virgo à misso diabolo infessa, vt iuuenem amaret. 2. 59. 11. Virgo alia, immò vrsa visa, ne violaretur. 2. 57. 18.

Dicite inuitatis: Ecce prandium meum parauit. De præparata Eucha-

ristia, ad quam varijs modis inuitantur homines 1. 15. 1. seqq.

Tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata. Bos pauperibus paratus. 1. 20. 7. seq. altilia ægro mittit Deus. 1. 19. 8. Cur bestia, quæ non peccauerunt, occidantur, & moriantur? 4. 17. 10.

Venite ad nuptias. Quanta nuptiarum & conjugiorum cura fuerit Deo olim? 2. 25. 1. seqq. quanta etiam posterioribus sæculis? 2. 26. 1. seqq.

Illi autem neglexerunt & abierunt. Inuitati vtique ad regias nuptias ditiores, qui tamen eas neglexerunt, ob curam & sollicitudinem in diuitijs retinendis. 3. 4. 6. Quam miseros faciat pecunia habentes? 3. 4. 7.

Et abierunt, alius in villam suam, alius verò ad negotiationem suam. Miseram esse felicitatem, in possessione diuitiarum. 3. 4. 9.

Reliqui verò tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Quo modo Deus crudelitatem punierit in Rege Morindo? 2. 54. 9. Auaritiam esse causam & parricidiorum. 3. 5. 14.

Rex autem, cùm audisset, iratus est, & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Homicidia à Deo mirabiliter puniri. 2. 33. 11. Homicidæ mirabilis punitio, per eam ipsam, quam voluit occidere. 3. 13. 6.

Nuptia quidem parata sunt, sed qui inuitati erant, nõ fuerunt digni. Quanta prouidentia Deus amicis suis nuptias

nuptias parâre? & quibus? 2. 25. 1. seqq.

Ite ergo ad exitus viarum, & quoscumque inueneritis, vocate ad nuptias. Matrimonium Rhodopes calcei elegantiam procuratum. 2. 25. 7.

Ligatis manibus mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Quam horribiles sint futuræ tenebræ infernales? 2. 5. 18. Quid hominibus prosint vincula & carceres? 3. 38. 3. seqq.

Dominica XX. post Pentecosten. Ioan. 4. *Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur.*

Quæ opera misericordiae sint ægrotis præstanda? 3. 33. 2. & motiua ad id. ib. Parentum peccata non solum in filiis ægris, sed etiam à filiis puniuntur. 4. 35. 9.

Hic cum audisset, quia Iesus ueniret à Iudæa in Galileam, abiit ad eum. Spes, occasione morbi incitatur. 4. 28. 10. A Regulo hoc, uti & à Iob doceri nos, ut in diuino auxilio confidamus. 3. 33. 10. Quia non solum fratres & cognati, sed etiam inuicem membra sumus in Christo unita, inuicem succurrere debemus. 4. 36. 2. seqq.

Et rogabat eum, ut descenderet, & sanaret filium eius. Mirabilis potentia Christi in hominibus per sanandis, quos nulla vis alia sanitati restituere potuit. 1. 12. 9.

Incipiebat enim mori. Dura incipimus viuere, incipimus mori, quia incipimus esse morbis obnoxij. 4. 15. 1. De desperatis & insanabilibus morbis quibus Iob laborauit. 4. 33. 6. seqq.

Nuntios & iudicia mortis non posse abscondi. 4. 43. 5. Ratione morientium merito sollicitos esse homines, cum tantum illis periculum imminet. 4. 62. 3. seqq.

Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis. Miracula, vel quasi miracula fieri subinde etiam à non Sanctis. Et quid inter verum & falsum miraculum interfit? 2. 8. 15. Signa & monstra in omnibus rebus dari, & tamen non credi. 2. 47. 1. seqq. Signa non petenda. 2. 8. 7.

Domine, descende priusquam moriatur filius meus. Ignorabat Regulus, à Christo absente posse sanari filium suum, hinc petijt, ut descenderet: ignorantia unde originem habeat? 4. 17. 6. seqq.

Vade, filius tuus uiuit. Magna hæc consolatio Reguli fuit, quid Margaretham Saffoiã in morbo sit consolatum? 4. 34. 2. Christus sanatione miraculosa morborum, ignorantiam hominum sanauit. 4. 38. 7.

Credidit homo sermone, quem dixit et Iesus, & ibat. Auxilia etiam in alijs, spem in solo Deo ponendam. 1. 10. 2.

Iam autem, eo descendente, serui occurrerunt ei: & nuntiauerunt ei, &c. Non tantum sanitatis, sed etiam mortis nuntios ubique occurrere. 4. 43. 5. seqq.

Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit? Medici hieroglyphicum, contra venena & morbos omnes ars quintuplex, sed sextam ar-

tem habuit Christus, qui potuit absentes sanare. 4. 37. 3.

Heri hora septima reliquit eum febris. Morbos non posse esse longos, cum vita sit brevis, etsi tota vita quis ægrotet, maximè cum æternitate comparatos. 4. 34. 3.

Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus: filius tuus uiuit. Ab hoc Regulo & Iobo, nos doceri, Deum in utraque fortuna esse laudandum; nam regulus ægrotato filio Christum adiit, & sanato Christum laudauit, sicut Iob felix & infelix. 4. 3. 9.

Et credidit ipse, & domus eius tota. Coniugij fructus religio 2. 45. 5. seqq. Magnæ conuersionis causa fuit baptismus è porcis præstigiolis homines reddens 2. 57. 4. Sicut ob Reguli fidem tota eius domus conuersa est & credidit, ita rex Ieroboam cum tota familia morbis plexus est. 4. 23. 4. De fide per morbos propagata 4. 28. 9. Christum miracula sanitarum fecisse ad diuinitatem suam Mundo demonstrandam. 4. 38. 5.

Dominica XXI. post Pentecosten. Matth. 18. *Simile est regnum calorum homini regi, qui uoluit rationem ponere cum seruis suis.* Quantum timorem incuriat iustitia Dei vindicatiua? 1. 5. 15.

Oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. Dari diuitias, & auferri bonis æquè, ac malis. 3. 6. 11.

Cum autem non haberet, unde redderet. Quo modo tractandi sint

serui, ut dominos suos honorent? 3. 26. 3.

Iussit eum dominus eius uanum dari, & uxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Diuinæ iustitiæ pœnam utilem esse, non tantum patienti, sed etiam facienti iniuriam. 2. 1. 7. Lis per coniuges composita. 2. 45. 18.

Procidens autem seruus ille, orabat eum dicens, &c. Orandum esse in necessitate Deum, qui longè liberalior est erga pauperes, quàm Ludouicus Imp. aut mater erga filium. 3. 13. 8. seq.

Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Dei patientiam & liberalitatem erga pauperes imitandam esse, exemplo S. Stephani Hungarorū regis. 3. 13. 10.

Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei. Calligationes diuinas, tamquam ab amante, non persequente Deo incipiendas esse. 2. 1. 8. Erga pauperes cura & misericordia. Ethelouoldi, aliorumq. 3. 13. 11. seqq. Misericordiæ apud Deum retributio. 3. 43. 3. & 3. 43. 5. seqq.

Egressus autem seruus ille, inuenit unum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios. Lites è diuitijs & mala vindictæ. 3. 5. 9. seqq. Homines hominibus, & amicis antè, amicis fieri lupos. 4. 20. 2.

Et tenens suffocabat eum. Immisericordes esse Scyllis ipsis sauiores, de quibus. 2. 48. 6. Hominum exemplo, Deum

Deum ad auaritiā pleſtendam inuitari. 3. 6. 4.

Redde quod debes. De debiti etiam coniugalis redditione, ne detur cauſa, vt adulteria adulterijs puniantur. 2. 33. 6. ſeqq.

Et procidens conſeruus eius rogabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Cur, & quomodo honorandi ſint benefactores, ſicut in conſeruo benefactorē Dominum iſte honorare debuiſſet. 3. 26. 4.

Ille autem noluit, ſed abiit, & miſit eum in carcerem, donec redderet debitum. Auaritiā non ſolū in conſeruos, ſed etiam in fratres ſeruire, 3. 5. 15.

Videntes autem conſerui eius, quaſiebant, contriſtati ſunt valde. Etiam qui videntur innocentes, contra Deum conqueri non poſſe, ſi mittantur in carcerē, compluribus exemplis oſtenditur. 3. 38. 2. ſeqq.

Serue nequam, omne debitum dimiſit tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui? Si Deum erga ſe volunt miſericordem peccatores, ſint ipſi miſericordes erga pauperes. 1. 42. 18. Diuitias eſſe occasionem damnationis, quia faciunt immiſericordes. 3. 8. 7. Diues, quia fuit immiſericors, damnatus eſt. 3. 8. 9. Religioſus cetera negigēs, ob injurias condonatas, iudicium Dei euadit. 3. 28. 9. De lege & pœna talionis. 3. 42. 1. ſeqq.

Et iratus Dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoad uſque redderes uniuerſum debitum. In Deo iram

eſſe cum miſericordia. 1. 6. 6. & 1. 8. 2. ſeqq. & 2. 1. 1. ſeqq. Exempla punitorum ob auaritiā. 3. 6. 6. Tragicum auaritię in ſeiſam ſequentis exemplum. 3. 7. 5. Immiſericordis erga pauperem pœna. 3. 13. 7. Duplex ira Dei homines per pœnam corrigentis. 4. 27. 1. De iudice juſſo obuium ſuſpendere. 4. 52. 6.

Sic & Pater meus caeleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnusquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris. Veniam dantes homini, veniam impetrant apud Deum. 3. 43. 4.

Dominica XXII. poſt Pentecosten. Matth. 22. *Abeuntes Phariſai conſilium inierunt, vt caperent Ieſum in ſermone.* Aſtutiam Politicorum ſuperari à ſimplicium candore. 1. 21. 4. ſeq. Quos homines Clemens Alexandrinus vulpibus, & cicadis comparat. 2. 61. 7. De conſilijs, & conſulentibus, malis in caput malę cōſulentium reuerſis. 3. 48. 1. ſeqq.

Et mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis. Ipſum nonnumquam diabolum per legatos & veneficos ſuos plus poſſe efficere, quàm per ſe ipſum. 4. 1. 8. Quibus modis noceant. 4. 19. 3. ſeqq.

Magiſter, ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces. Quàm verax ſit Deus, & quantam id fiduciam pariat. 1. 5. 10. An, & quomodo liceat, vel non liceat Magiſtri vel Patris titulum appetere. 3. 19. 3. Veneficorum & Magorum author eſt diabolus. 4. 42. 7.

Et non eſt tibi cura de aliquo.

Esse Deo curam de toto mundo. 1. 10. 1. seq. Deo perinde esse, parperemne, an diuitem iudicet, sed non perinde esse hominibus. 3. 1. 1. Adulati sunt Pharisæi, cum hæc dicerent, hinc cognita est nequitia eorum. Quere de periculo adulationum. 3. 35. 1. & Adulatores à sapiētibus semper fuisse tamquam noxias bestias repullos. 3. 35. 2.

Non enim respicis personam hominum. Non è vultu, aut deformitate cuiusquam de eius virtute iudicandū, cum sepe sub deformi corpore pulchra sit anima. 2. 49. 6. Iudicia temeraria è vultibus non ferenda. 2. 50. 3. seqq.

Dic ergo nobis, quid tibi videtur? De quæstionibus perplexis & difficultibus ad soluendum. 2. 29. 3.

Licet censum dare Casari, an non? Pharisæi Christum tentantes per quæstiones, similes sunt Sphingibus, de quibus. 2. 48. 15.

Cognita autem Iesus nequitia eorum. Deum omnia videre, & hoc scire, quantum homini prodest? 1. 7. 7. seqq.

Quid me tentatis, hypocritæ? Non tentandum Deum, vt per sortes occulta, aut futura indagentur. 1. 36. 3. seqq. Nummos & inopiam in vtramq; partem, hoc est, bene & malè posse adhiberi. 3. 2. 11. & à bonis bene, à malis malè adhiberi. 3. 5. 1. Simulata, vel hypocritica paupertas, quâ Deus tentatur. 3. 17. 2. Quibus similes sint hypocritæ, quàm digni poenâ: etiam nostro sæculo, & qui, quàm multi? 3. 31. 1. seqq.

Ostendite mihi numisma census. Opificum instructio, vt ditescant. 1. 13. 4. Vtilissima per piam vsuram pecuniæ augendæ ars, dare pauperibus. 1. 13. 13.

De metallorum monstris. 2. 47. 14.

At illi obtulerunt ei denarium. Vbi verum Fortunati marstipium inueniatur. 1. 13. 8. Deo fidens inuenit, quod nimis sollicitus negligit. 1. 13. 13. Vberimè compensata elemosyna. 1. 13. 15. seqq.

Cuius est imago hæc, & superscriptio? In Adamo duplex Dei imago & similitudo. 2. 12. 11. Cur Deus suam homini similitudinem impresserit? 2. 12. 12. De imaginibus monstris metallorum. 2. 47. 14. Iudæo imaginum sacrarum hosti cõsiliū propriū, quid pepererit? 3. 48. 8. Anima hominis, quæ est imago Dei, an possit corpus bestię informare? 2. 60. 11. Statua salis vxoris Lot, cuius rei sit imago? 2. 55. 8.

Reddite ergo, quæ sunt Casari, Casari, & quæ sunt DEI, DEO. Cum in anima sit viua imago DEI, animam Deo reddendam esse, ostendunt animæ ad Deum clamantes. 1. 37. 4. Non malis, sed bonis artibus pecunias esse quærendas. 1. 13. 17. Christum ipsum in statere dando, magno miraculo, Casari dedisse, ad quod tamen non obligabatur. 1. 13. 5. Cur, & quibus modis Magistratus sit honorandus? 3. 27. 2. seqq. Imperia, regna, & Respublicas interijisse, quando Deo, quæ Dei sunt, cultum, honorem religionem cæci non reddiderunt. 3. 60. 1. seqq.

Dominica XXIII. post Pentecosten, Matth. 9. *Ecce Princeps vnus accessit, & adorabat eum.* Quantum honorem Principes Deo & Sanctis exhibuerint, dum sæculo valedicerent? 1. 26. 2. dum stupendè mutarentur. 2. 56. 2. dum suis humeris Sanctorum

eorum corpora portarunt ad sepulchrum. 4. 66. 7.

Domine, filia mea modo defuncta est. Quanta crux sit parētibus ex morte liberorum? 2. 40. 3. seqq. Et hanc filiam, & Xerxis exercitum, & totam mundum memoriam mortis excitare. 4. 44. 14. Quæ tria circa mortem consideranda? 4. 45. 1. Quam malè nonnulli querantur de immatura quorundam morte? 4. 46. 8.

Veni, & impone manum super eam, & viuet. Alias virgines & puellas Deus seruauit, dum eis manum imponeret, quâ Iobum tetigit, dum scilicet morbis, vel alia deformitate earū castitatem defendit. 2. 57. 15. seqq.

Et surgens Iesus, sequebatur eum, & discipuli eius. Sequi ad ægrotos debere medicum, cuius laus, honor, præstantia, effectus non sine Deo, & ad Deum. 4. 37. 4. seqq. Adhortatio ad medicos, vt suâ arte, & peritiâ vtantur. 4. 37. 9.

Et ecce mulier, qua sanguinis fluxum patiebatur annis duodecim. Hæmorrhoiâ à medicis desperata ad Christum confugiens sanatur. 1. 12. 7. Morbi an noceant? 2. 43. 3. S. Aldegundis, & S. Edeltrudis mira in morbo patientia: non enim, vt hæc mulier, morbo suo liberari cupiebant, sed eum, loco Purgatorij, ferebant. 4. 27. 6. seqq.

Addit Lucas. c. 8. v. 43. *Qua in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab ullo potuit curari.* De imperitorum medicorum audacia & infelicitate, & peccatis, multitudine. 4. 37. 10. seqq. Multos non iuari vlla

ope in morbis, vt probentur. 4. 42. 1.

Et accessit retrò, & tetigit simbriam vestimenti eius. Hæmorrhoiâ exemplo Reliquias sacras, tamquam diuinitus salutares, esse venerandas. 1. 12. 7. seqq. Deum cum medico, & plus quàm medicum ab ægrotis inuocandum. 4. 37. 5.

Si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero. Finæ in morbis patientia quomodo sit compensata? 4. 34. 5. Quibus verbis, huius mulierculæ exemplo, seipsum alloqui debeat ægrotus? 4. 34. 7. Fide tangendus Christus. 1. 12. 6.

At Iesus conuersus, videns eam. Quid in hac femina viderit Christus? nempe, non tantum morbum, & fidem in Deum, sed etiam in maritum. De fide conjugali multarum heroicarum feminarum vide. 2. 32. 11. seqq.

Confide, filia, fides tua te saluauit.

fecit. Bene credentes aduersis probantur & agnoscuntur. 3. 31. 4. Medicos charitatem erga ægrotos, exemplo Christi spectare debere & magis quàm lucrum. 4. 37. 1. Quibus, & cur miracula sanitarum non conferantur? 4. 28. 8.

Et salua facta est mulier ex illa hora. Salua mulier per ignes, & à calumnijs. 3. 36. 7. seqq. Quantum fuerit miraculum Christi, mulierem insanabilem sanantis? 4. 26. 6.

Morbos etiam ob medicinam, ad Dei potentiam agnoscendam dari. 4. 37. 2.

Et cum venisset Iesus in domum Principis, & vidisset tibicines, & turbam tumultuantem. De diuitum prodigalitate, præsertim erga mortuos suos

suos. 3. 5. 8. Et contrà de auaris, qui ne mortuis quidem parcunt. 3. 5. 13.

Recedite, non est enim mortua puella, sed dormit. Cur dormire dicantur mortui? quia somnus est mortis imago. 4. 34. 13. Dormiant somnum suum diuites. 3. 5. 8.

Et deridebant eum. Risum amarum amarè luens injustus iudex. 1. 37. 10. Alius Menurcum ridens, grauius punitus. 1. 37. 12. Sanctorum virorum irrisores, equorum ritu caudati. 2. 54. 3. Deridentes derisi Cæciæ vento & ciræino sunt similes. 3. 44. 1. seqq. Ridentium benefactores mortuorum pœnæ. 4. 66. 8.

Et cum eiecta esset turba, intravit, & tenuit manum eius. Tenere manum ceremonia fuit, vnde ceremoniæ sacræ non contemnendæ, sicut profanæ vitandæ. 3. 60. 9.

Et surrexit puella. De mortuo ad vitam excitato, & suam innocentiam defendente. 3. 34. 6. Quanta sit bonorum morbos, post resurrectionem in cælo, compensantium mensura? 4. 34. 6.

Et exijt fama hac in vniuersam terram illam. Potentia Christi in morbos & mortem. 4. 26. 8. seqq. Quantum nomen Christo fecerint miracula? 4. 38. 5. & 4. 38. 7.

Dominica XXIV. Post Pentecosten. 24. *Cum videritis abominationem desolationis, &c. stantem in loco sancto.* Quanta sit Dei bonitas homines præmonentis? 2. 52. 15. Abominatio desolationis à bello relicta. 3. 55. 1. seqq.

Qui legit, intelligat. Obscuritatem scripturarum indigere intellectu, & lumine, sicut Aegyptus olim. 2. 5. 15. Quàm perniciosè ab alijs ignoretur, & quæ vtiliter agnoscat ira diuinæ? 1. 4.

Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes. De timore ad pœnitentiã vtili. 2. 4. 8.

Et qui in tecto, non descendat, tollere aliquid de domo sua. Iudæi æqualia passi ijs quæ Christo intulerunt in cruce, quàm miserabiles fuerint? 3. 53. 1.

Et qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam. Cur Iudæi expulsi fuerint suis sedibus & ædibus? 3. 53. 13.

Va pregnantibus, & nutriendibus in illis diebus. Quanta clades tunc Iudæis ob peccata sua illata fuerint? 3. 60. 2.

Orate autem, vt non fiat fuga vestra hieme, vel Sabbato. Non opus esse, vt à potenti hoste fugentur homines, cum à ranis & muscis legantur fugati. 2. 15. 13. seqq.

Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet. Quod de die iudicij & Hierosolymitana clade intelligendum; nam si nostri temporis calamitates consideremus, vix vmbra sunt, cum eis simillimæ etiam à S. Basilio describantur & illius tempore factæ legantur. 3. 65. 1. seqq.

Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro. Dies vitæ non sine causa parui & mali. 4. 1. 11. Cur

Cur multis iuuenibus dies vitæ breui-
entur? 4. 46. 2. seqq. & 4. 48. 6. seqq.

*Sed propter electos breuiabuntur
dies illi.* A Deo sæpe prohiberi dæmo-
nem, ne plura mala faciat. 3. 56. 1. Be-
neficiū Dei est breuitas vitæ. 4. 2. 8.
Sæpe etiam dies ob scelera & improbi-
tatem hominibus abbreviantur. 4.
48. 14.

*Tunc si quis vobis dixerit: ecce
hic est Christus, aut illic: nolite cre-
dere.* Dæmonem subinde vera dicere,
vt falsis facilius credatur. 1. 36. 12. seqq.

*Surgent enim pseudoChristi &
pseudopropheta.* De Cingaris, & Aegy-
ptijs impostoribus. De sortilegis & sor-
tes antiqui testamenti malè imitantibus.
1. 36. 1. seqq. De fraude diabolica
Cingarorum iuuenulas seducentium.
3. 61. 10. Signa pseudoprophetarum. 2.
8. 1. De Tiresia cæco vate in feminam
mutato. 2. 60. 3. & 2. 62. 11.

*Et dabunt signa magna & prodi-
gia, ita vt in errorem inducantur (si
fieripotest) etiam electi.* Variarum
bestiarum figuræ, & versipelles ludi
Acherontici Protei. 2. 58. 4. seqq. De
vano timore ex prædictione Astrolo-
gorum. 2. 19. 22.

*Ecce in deserto est: nolite exire,
&c.* Liberum est exire, vel non exire,
ad pœnam vel præmium promerendū:
quia nisi libertas in homine esset, me-
rita non essent. 3. 58. 5.

*Sicut fulgur exit ab oriente, &
paret vsque in occidentem: ita erit
aduentus Filij hominis.* De fulguris
& fulminis significatione, vtilitate, effe-
ctibus. 2. 3. 4. seqq. & 2. 4. 6. seqq.

*Vbicumque fuerit corpus, ibi con-
gregabuntur aquila.* Cadavera San-
ctorum à canibus & aquilis custodita.
4. 66. 9. & ab alijs auibus, bestijsque ce-
lebrata. 4. 66. 13.

*Sol obscurabitur, & luna non
dabit lumen suum, &c.* De signis in
cælo, hoc est, aëre. 2. 47. 3. quæ mon-
stra hoc cælum habeat? 2. 47. 5. seqq. &
2. 52. 9. De signis in terræ motibus. 1.
18. 4. seqq.

*Tunc plangent omnes tribus ter-
ra. Et videbunt Filium hominis ve-
nientem, &c.* Quanta maiestate ven-
turus sit Filius hominis? 2. 3. 4. Ceade
in tempestatibus meditatio de aduenta
Filij hominis. 2. 4. 15.

*Et mittet Angelos suos cum tuba.
Tubam iustitiæ vindicatiæ Dei indi-
cem esse.* 3. 59. 1.

*Cælum & terra transibunt, ver-
ba autem mea non prateribunt.*
Fugacis mundi imago. 2. 20. 2. Terræ
instabilitas. 2. 20. 4. seqq. cæli peren-
nitas. 2. 20. 5. seqq. Cælum incorruptio-
nis, terram corruptionis esse sedem, &
tamen in cæli motu nos mutabilitatis
nostræ admoneri. 4. 15. 3. seqq.



ff

INDEX